burgenses de Honovere bono zelo accensi ex inductu sancti Spiritus, sine quo nichil est optimum, nichil validum, ob honorem ejusdem sancti Spiritus domum, que hospitalis vocatur, infra muros suos construere intenderint, ut in ea peregrini et alii pauperes viatores hospitentur et ceci et claudi sive alia infirmitate subpressi recipiantur et foveantur, ac ad eam perficiendam proprie non sufficiant facultates, unumquemque fidelem rogamus ac exortamur in domino Ihesu Christo, quatinus diem judicii premissum formidans de bonis a Deo sibi collatis preparet hospicium in celis sibi suam elemosinam dicte domui erogando. Nos eciam de misericordia et bonitate Christi confisi omnibus vere contritis et confessis, qui domui sepius memorate opus karitatis inpenderint suam sibi dando elemosinam, prout Spiritus sanctus, qui omnia gubernat, eos induxerit, vel operam, de injuncta sibi penitencia quadraginta dies misericorditer relaxamus. Datum Honovere anno Domini M°.CC°.LVI°, tercio Idus Junii.

(Das Siegel abgefallen.)

Stadt-Archiv.

*20. **Conrad v. Winninghausen, Ritter, befreiet den Platz des Hospitals St. Spiritus von dem Ochtmund (kleinen Zehnten). Hannover, 1257. Juni 28.**

Conradus miles dictus de Winninghusen omnibus hanc litteram visuris paratum servicium. Notum esse cupio presentibus et futuris, quod aream Sancti Spiritus in Honovere a pensione decime, que vocatur »ochmunt«, liberam dimisi et solutam cum consensu uxoris mee dilecte ac ceterorum meorum heredum et de voluntate ac beneplacito domicelli mei, Vulradi de Depenowe, ac domine mee, ... de Sconeberge, de quibus decimam in Honovere in pheodo habeo, et hoc feci in remedium meorum peccatorum. Ut autem meum factum a meis posteris non inmutetur, presentem litteram cum nominibus testium inser-

Digitized by Google

tis duxi meo sigillo roborandam. Testes hii sunt: comes Heynricus de Lewenrodhe, dominus Warmannus Mindensis canonicus et plebanus in Honovere, dominus Arnoldus de Hedesse advocatus existens in Honovere[1], dominus Wescelus Westvalis, dominus Engelbertus de Lenthen, dominus Wilbrandus de Redhen, dominus Heynricus juvenis de Horbere, milites; Arnoldus Waltmannus, Ludolfus Brunonis, Olricus Lucikini, Ludoldus de Hidessen, Remarus pellifex, burgenses in Honovere; multi eciam alii astiterunt. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.LVII°, in vigilia Petri et Pauli in cimiterio Sancti Georii in Honovere.[2]

(Anhängend ein Siegel.)

Stadt-Archiv.

***21. Biſchof Wedekind von Minden genehmigt im Voraus die etwaige Ertheilung eines Ablaſſes an die Wohlthäter des im Bau begriffenen Hospitals St. Spiritus. Hannover, 1258. März 29.**

Venerabilibus patribus ac dominis archiepiscop is et episcopis, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, W[edekindus] Dei gratia Mindensis episcopus cum oracionibus et obsequiis fraternam in Domino karitatem. Presencium tenore protestamur, nos gratum ac ratum habere, si qui vestrum propter Deum benefactoribus hospitalis in Honovere ad honorem sancti Spiritus et beate Virginis edificate, ad cujus operis consumacionem et pauperum adveniencium receptionem proprie ipsis non suppetunt facultates, dignentur

[1]) Auch in einer vom Biſchof Wedekind von Minden am 30. März 1258 zu Hannover ausgeſtellten Urkunde erſcheint Arnoldus advocatus de Hedesen (Calenberger Urkundenbuch, Wennigſen, Heft I, No. 39.). S. noch die Urkunde vom 6. Juſi 1259 (Nr. 24) und die undatirte Urkunde bei Scheidt, Mantissa docum. pag. 303, wo er quondam advocatus in Honovere heißt.

[2]) Abgedruckt bei Leyſer, Hist. com. Wunst. S. 35 f. (S. 21 der erſten Ausg.) — Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 133 (mit dem Siegel). — Moſer, Hiſt.-dipl. Beluſtigungen V. S. 216 f.

Digitized by Google

per aliquot dierum indulgenciam subvenire. Datum in Ho- 10
novere anno Domini M°.CC°.L°.VIII°, IIII. Kalendas Aprilis.

(Anhängend ein Siegel.)

Stadt-Archiv.

*22. Herzog Albrecht von Braunschweig gestattet das Sammeln von Almosen für das Hospital St. Spiritus. Hannover, 1258. December 15.

Dei gratia A[lbertus][1] dux de Bruneswic dilectis sibi plebanis, sacerdotibus ac ecclesiarum rectoribus in civitatibus suis, villis vel opidis constitutis salutem et affectum sincerum. Universos vos et singulos affectuose rogamus, quatinus nuntium hospitalis sancti Spiritus in Hono- 5
vere, exhibitorem presentium, intuitu Dei ac nostri causa benigne pertractare curetis, ac sine difficultate in ecclesiis vestris admittere, cum pro fidelium elemosinis ad vos accesserit colligendis; ipsum enim hospitale in rebus est tenue et ad exhibendum pauperibus illic decumbentibus humani- 10
tatis opera et aliis illuc confluentibus proprie non suppetunt facultates. Datum Honovere anno gratie millesimo CC°. L°VIII°, XVIII° Kalendas Januarii.[2]

(An einem Pergamentstreifen das Siegel des Herzogs.)

Stadt-Archiv.

*23. Gerhard, Canonicus zu Cöln, überläßt dem Mönche Johann einige Reliquien und fordert zur Verehrung derselben auf.[*1] 1259. Juli 3.

Omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Gerardus, canonicus ecclesie sanctarum virginum plebanusque Sancte Marie Indulgentie Coloniensis, devotas orationes in Christo. Cum frater Johannes, lator presentium, a nobis

[1]) In der Urkunde steht bloß A., das Siegel hat: † SIGILLVM ALBERTI D.....SWIC.

[2]) Gedr. bei Sudendorf, Urkundenbuch zur Geschichte der Herzöge von Braunschweig und Lüneburg I, n. 50.

[*1]) Die Urkunde findet sich im städtischen Archiv; allein es läßt sich nicht angeben, welcher geistlichen Stiftung der Stadt die darin bezeichneten Reliquien zu Theil geworden sind.

Digitized by Google

reliquias sanctarum virginum devote postularet, ipsi ob amorem salubris petitionis os de brachio et articulos digitorum undecim milium virginum contulimus et conmisimus honorabiliter venerari, vobis significantes, quod unusquisque fidelis ad earum elemosinis se offerat presentiam diligenter, quia de eisdem gratiam laudabilem sentietis, diem et festum beatarum reliquiarum, quas apud ipsum transmisimus, XII. Kalendas Novenbris*2 celebriter observetis. Super hoc sigillum nostrum in testimonium presentibus duximus firmiter apponendum. Datum anno Domini M°. CC°. L^mo nono, quinto Nonas Julii.

(Siegel in grünem Wachs.)

Stadt-Archiv.

24. [Hannover], 1259. Jul. 6.

Arnoldus de Hedessen, advocatus in Honovere, Olricus de Ilthene ac Engelbertus de Lenthen, Hinricus et Johannes fratres de Arbeke, milites, Bodo de Muldingen, et Heynricus Worm, famuli, Eylhardus Pollex, burgensis in Honovere. Anno gratie M°.CC°.LIX°. die dominica in octava beatorum apostolorum Petri et Pauli Bodo et Conradus fratres de Gledingen in nostra constituti presentia recognoverunt, quod dimiserunt abbati et claustro Lucken Aleydim, uxorem Alberti villici de Lathusen[1], et ejus pueros, et Mechildim, uxorem Bernardi opilionis de Bevingenrodhe[2], ac ejus pueros, abrenuntiantes omni jure, quod in prefatas feminas et earum pueros habuerunt, et servicio. Hujus rei testes sumus et erimus, et hanc litteram duximus sigillo advocati, domini Arnoldi de Hedessen, roborandam.[3]

Nach von Hodenberg.

*2) Auf den 21. October fällt das Fest der 11000 Jungfrauen.
1) Laazen oder Latzen, Kirchspiels Döhren, Amts Hannover.
2) Bemerode, Kirchsp. Kirchrode, Amts Hannover.
3) Gedruckt im Calenberger Urkundenbuch, Loccum n. 204.

Digitized by Google

***25. Erzbiſchof Hildebold von Bremen ertheilt den Wohlthätern des Hospitals St. Spiritus Ablaß. Bremen, 1260. Septbr. 10.**

Hildeboldus[1], Dei gratia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus, universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Cum infirmi ospitalis in Hannovere de propriis facultatibus vite necessaria non habeant, et propter hoc fidelium elemosinas mendicare cogantur, nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui prefatis infirmis et debilibus elemosinas suas erogaverint, quadraginta dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Breme IIII° Idus Septembris, anno Domini M°.CC°.LX°., pontificatus nostri anno secundo.

(Siegel an einer rothen Schnur.)

Stadt-Archiv.

26. Die Städte in Sachſen, und unter ihnen auch die Stadt Hannover, beſchweren ſich bei der Stadt Gent über ungerechte Behandlung der Sächſiſchen Kaufleute. Um 1260.*1

Honorabilibus viris ac merito laude dignis schabinis de Gandango consules Bremenses, Stadenses, Hamburgenses, Luneburgenses, Quedlingeburgenses, Halberstadenses, Helmestadenses, Goslarienses, Hildensemenses, Bruneswicenses, Honoverenses, Werningerodenses necnon omnium oppidorum Saxonie cum rerum et corporum exhibicione, quicquid possunt obsequii et honoris. Ad nostram pervenit noticiam, super quo satis vehementi stupore miramur,

[1]) Hildebold, Graf v. Bruchhauſen, war Erzbiſchof von Bremen 1258 bis 1273.

*1) „Aus dem Archive der Stadt Gent, abgedruckt in Warnkönig's Flandriſcher Staats- und Rechtsgeſchichte Th. I. Beil. S. 45, und beſſer in A. E. Gheldolf's Franzöſiſcher Ueberſetzung Th. II. S. 433. Die Handſchrift der Urkunde wird daſelbſt ſpäteſtens zu Anfang des dreizehnten Jahrhunderts geſetzt, doch die Schreibung der Namen ſpricht für eine ſpätere Zeit und die Verbindung der benannten Städte, ſowie die Art der Beſchwerden, ſcheinen mir der eben angedeuteten Zeit (1260) anzugehören." Lappenberg.

Digitized by Google

quod illius vestre famose honestatis prudencia nimis oblita sui, in nostre libertatis prejudicium et rerum nostrarum intollerabile dispendium necnon et antique societatis nostre inevitabile periculum, conditionem quandam in nos condidit, quam nec astruit racio nec ulla fulcit sanctio canonica vel civilis: ut, si videlicet aliquos ex vobis ad terram nostram cum suis mercimoniis transeuntes ipsa insultu predonum forte perdere contigerit, nos eidem dampnum sustinenti apud vos refundere compellamur, cum tamen eandem mensuram vestram, qua metimini, et eandem legem, quam tulistis, nolletis aliquatenus sustinere. Et sic punimur non solum sine culpa, verum etiam sine causa; presertim cum nos ipsi rapinam bonorum nostrorum a tirannorum manibus eripere non possimus, eo quod in castris se recipiant fastigiis montium preruptisque petrarum inaccessibilibus, sic munitis, ut etiam ipsi principes eorum tirannidem cohercere non valeant nec presumant. Hinc est, quod discrecioni vestre omni devocionis affectu supplicandum duximus, quatinus publice honestatis intuitu communisque . . . in perpetuum obtentu, necnon et obsequiorum nostrorum interventu, tam dampnosi statuti cancellantes edictum revocetis in irritum, indulgentes nobis accedendi et incedendi inter vos in negociacionibus nostris et negotiis, insuper et recedendi, qua hactenus gavisi fuimus, liberam facultatem. Nos enim in muris civitatum et munitionum nostrarum, ubi nostrarum virium viget adminiculum, indempnitati vestre bona fide caventes, benivoli semper erimus et parati res vestras omni, quo possumus, patrocinio defendere. Quod si nostre tam racionabiles preces apud vestram clementiam optatum exaudicionis sorcientur effectum, vestre benivolencie cum multis gratiarum accionibus in perpetuum erimus inclinati. Sin autem, consideratione sapientis potius eligimus, tempore regni (?) quiescendi domi habita conservare, quam venenatum fructum perhennis jacture rerum nostrarum cum magnis laboribus infeliciter reportare. Cetera laude . . .

Nach dem Urkundenbuche der Stadt Hamburg, Band I. S. 508.

Digitized by Google

*27. Ohne Jahr (c. 1261). R

Volradus de Depenouwe recognosco, quod decimam de Merthorp [1], quam ego de manu domini Hildensemensis episcopi tenui, cujusque partem dimidiam de manu mea fratres de Bortfelde, dominus Ludolfus et dominus Gevehardus, tenuerunt, ab eisdem mihi primitus resignatam, itemque ejus parte dimidia a domino Burchardo de Wlferbutle mihi etiam resignata, quamvis eam de manu mea non tenuerit, ego habens liberam, domino Conrado abbati et ecclesie de Riddageshusen resignavi pro eo, quod dicte ecclesie eam dominus Heinricus Hildesemensis episcopus [2] et majoris ecclesie capitulum suis privilegiis contulerant perpetualiter possidendam; paratus adhuc, cum episcopum ecclesia Hildensemensis habuerit [3] et requisitus fuero, ad manus ecclesie de Riddageshusen sepe dictam decimam resignare. Testes: prepositus Volradus et dominus Volcmarus, canonicus montis sancti Mauritii in Hildensem, Johannes Bars, Hermannus de Ellesem, Heinricus de Suechlithe advocatus de Honore [4], Echertus junior de Asseborc, Heinricus Boniko, Johannes Longus, Johannes de Monstede [5].

Herzogl. Braunschw. Archiv zu Wolfenbüttel.

28. Hannover, 1262. Septbr. 6. R

Universis Christi fidelibus Heynricus miles dictus Spole in perpetuum. In presentia domini Warmanni Mindensis canonici et in Honovere plebani necnon consulum ejusdem civitatis constitutus noster consanguineus Conradus vendidit claustro Lucken proprietatem

[1]) Mardorf, Kirchsp. Schneeren, Amts Neustadt a. R.
[2]) Heinrich I. war Bischof von Hildesheim von 1247—1257, Mai 25.
[3]) Hiernach scheint die Urkunde in die Zeit einer Sedisvacanz zu fallen, wahrscheinlich der nach dem Tode Johann's I. von Brakel, der am 14. Sept. 1261 erfolgte. Vgl. Archiv des historischen Vereins für Niedersachsen, 1849. S. 406.
[4]) So steht in der Urkunde statt Honovere.
[5]) Abgedr. bei Scheidt, vom Adel, Mantissa S. 437 not. — Vogell, Samml. von Urkunden zur Geschlechtsgesch. der v. Schwicheldt, S. 11 f.

Digitized by Google

bonorum Wigoldi in Linderth[1] pro quatuor marcis. Ut autem talis venditio inconvulsa maneat, presentem litteram sigillo domini Warmanni predicti[2] et consulum civitatis Honovere rogavimus et fecimus, nam presentes aderant, sigillari. Testes eciam sunt comes Heinricus de Lewenrodhe, dominus Heynricus de Lodhen, dominus Lambertus de Rodhen, milites; Eylhardus Dhume, Ludoldus de Hiddessen, Gisike Diabolus, Heynricus Herstol, Heynricus Albus, burgenses in Honovere. Acta sunt hec Honovere anno gratie M°.CC°.LXII, in die Magni martiris.[3]

Nach von Hodenberg.

*28. Der Rath zu Hamburg ertheilt den Hannoverschen Kaufleuten freies Geleit innerhalb seines Gebietes. 1264, März 15.

Honorandis viris consulibus et communioni in Honovere advocatus et consules in Hammenborg affectum sincerum cum obsequio fideli. Honestati vestre innotescat et clarescat, quod omnibus mercatoribus vestris cum mercandisiis suis juste negotiationis causa ad civitatem nostram venire volentibus plenum conferimus ducatum infra nostras munitiones et potestates ad nos veniendi et redeundi, quemadmodum sigilli nostri munimine publice protestamur, tali autem interposita conditione, quod si discordia aliqua vel controversia medio tempore orta fuerit, quod Dominus avertat, inter vos ex una parte et nos ex altera, quod vos ante prescire faciamus ad terminum quatuordecim noctium similiter et dedicemus. Datum anno Domini M°. ducen-

1) Linderte im Kirchspiel Nonnenberg, Amt Hannover.

2) Umgekehrt bediente sich Warmannus bei der Verschreibung einer Mühle zu Seelze für das Kloster Loccum (Actum publice in Honnover anno gratie M°.CC°.XLVII°.) des Siegels des Grafen Conrad von Roden: Cum tunc temporis, sagt er, sigillum proprium non haberem, presentem paginam sigilli Con. comitis de Rothen munimine roboravi. Registr. Mon. Lucc. (MS. a. 1344 des Kön. Archivs zu Hannover) n. CCXXVI. Vgl. Scheidt, vom Adel, Mantissa S. 532.

3) Abgedruckt im Calenberger Urkundenbuch, Loccum n. 231.

Digitized by Go

tesimo sexagesimo quarto, sabato in jejunio Intret oratio mea [1].

(Siegel an einer roth- und gelbseidenen Schnur.)

Stadt-Archiv.

*30. [Hannover] 1264. Bl

Gerlagus abbas, G. prior totusque conventus ecclesie sancti Mauricii in Insula Mindensi universis Christi fidelibus salutem. Notum esse volumus, quod Thidericus cognomento Hove mansum unum in Eydincgehusen *[1] situm a nobis in feodo tenebat, quem ecclesie in Bertcinghusen vendidit et nobis resignavit; nos vero, ad quos proprietas spectabat, prefata bona eidem cenobio contulimus. Testes: advocatus de Honovere Johannes de Escherte, Heinricus de Lothen, Johannes et Artusius de Goltorne, Wiscelus Westval, Richardus Vos, Heinricus de Horenberge, Thidericus de Alten, milites; Ludolfus de Goltorne. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.LX°.IIII°. [2]

Königl. Archiv.

31. Dieterich, Bischof von Wierland, ertheilt den Wohlthätern des Hospitals St. Spiritus Ablaß. Hannover 1255. Mai 11.

Universis Christi fidelibus hanc litteram visuris Dei gratia Theodericus Wirinensis [1*] episcopus salutem in do-

[1]) Abgedr. bei Rehtmeier, Chron. S. 1835. — Grupen, Origg. Hanov. S. 144 (mit dem Siegel). — Moser V, S. 221. — Hamburger Urkundenbuch I, n. 676. S. 556. — Vaterl. Archiv 1844, S. 158 f.

*1) „Eine Feldmark bei Gestorf, im Amte Calenberg, führt den Namen Eidensen, wo Eydincgehusen gelegen haben mag. Es giebt freilich ein Kirchdorf Eidinghausen im Kreise Minden, Gerichtsbezirks Blotho; dieses liegt aber den Beziehungen des Klosters Barsinghausen zu fern." von Hodenberg.

[2]) Gedr. in v. Hodenberg's Calenb. Urkundenb., Barsinghausen Nr. 41.

1*) Wironia, Wierland, war ein Theil von Esthland. Dieterich, Bischof von Wierland, kommt von 1247—1271 vor. Nach Hannover führte ihn 1265 wahrscheinlich die daselbst am 13. Mai 1265 verhandelte Transaction des Abts Thimo oder Tymmo von Corvey mit den Herzögen Albrecht und Johann von Braunschweig über die Voigtei

mino Ihesu Christo. Cum burgenses de Honovere hospitale struxerint infra muros suos ad honorem sancti Spiritus ac beate Marie virginis et ex defectu facultatum nequeant debilibus, infirmis, cecis et claudis in eo depositis necessaria ministrare, unusquisque fidelis ipsis pro sua pietate subveniat de rebus sibi a Deo collatis, prout eum induxerit gratia Spiritus septiformis. Nos equidem misericordia Dei omnipotentis confisi et beatorum apostolorum Petri et Pauli omnibus vere confessis et contritis, qui manum karitatis hospitali prefato porrexerint, de injuncta ipsis penitentia XXX dies misericorditer relaxamus. Hanc eciam nostram indulgentiam venerabilis frater noster Mindensis episcopus ratificavit, ut in sua liquet littera[2], quam non concellatam vidimus nec abolitam nec in aliqua parte sui viciatam, et poterit, si requiritur, demonstrari. Datum Honovere ferea secunda in rogacionibus anno gratie M° CC°.LXV, V. Idus Maji.[3]

(Anhängend das Siegel.)

Stadt-Archiv.

32. [Hannover,] 1255. Mai

Universis Christi fidelibus Otto nobilis dictus de Lo salutem. Noverint universi, quod nos acceptis VI marcis a domino abbate*[1] et fratribus de Lucka contulimus eisdem proprietatem duorum mansorum in Coldenevelde*[2]. Testes: Warmannus plebanus in Honnovere; Johannes de Escherde advocatus*[3], Wescelus Westval,

von Hörter; vergl. Schaten, Annales Paderborn. II, S. 109; Origg. Guelf. IV, 208. S. auch noch Gudenus, Codex dipl. anecd. IV, S. 805; Gruber, Origg. Livoniae S. 256; Mooyer, Dietrich Bischof von Wirland in den Mittheilungen der Gesellschaft für Gesch. u. Alterth. der Ostseeprovinzen IX, 1.

[2]) in der Urkunde n. 21 des Bischofs Wedekind von Minden, vom 29. März 1258.

[3]) Abgedruckt bei Mooyer a. a. O., S. 39.

*[1]) Damals hieß der Abt von Loccum Dieterich I. Er war 1260 oder 1262 Abt geworden und dankte 1273 ab.

*[2]) Colenfeld, Kirchdorf Amts Neustadt am Rübenberge.

*[3]) in Hannover. Vgl. die Urkunde von 1264, n. 30.

Digitized by Google

Theodoricus de Suthersen, Heinricus de Horenberche, Theodericus et Heinricus fratres de Herberchen, Bodo de Muldingen; Johannes de Lapidea domo, Johannes Diabolus, Burchardus de Pattenhusen, burgenses. — Acta sunt autem hec anno Domini M°.CC°.LXV°.[4]

Nach von Hodenberg.

33. Warmann, Pfarrer an der Marktkirche, schenkt die Hälfte seiner Güter in Bahrenwald (Amts Hannover) zur Reparatur der Marktkirche. Hannover 1266.

Warmannus[1], humilis et indignus Beati Georgii in Honovere plebanus, universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino Jesu Christo. Cum res gesta mandatur litteris, universe calumpnie prevenitur materia, ne perstet litis occasio successori; innotescat igitur presentibus et ad posteros devolvatur, quod dimidiam partem bonorum Vorenwalde, quam de meis facultatibus comparavi, beato Georgio, patrono meo, contuli post mortem meam, non ad usus plebani, qui tunc loco prefuerit, sed ut de proventibus ejusdem partes ruinose ejusdem ecclesie restaurentur. Verum etiam, tam me vivente quam mortuo, tam dictorum locatio bonorum quam censualis amministratio proventus ad civitatis consules pertinebit. Ut autem hec mea donatio nulli pro tempore cedat in dubium; presentem paginam super hac conscriptam et sigilli mei munimine roboratam consulibus Honoverensibus tradidi reservandam. Testes etiam hujus rei universam adhibui civitatem. Actum publice Honovere anno Domini M°.CC°.LX°.VI°.[2]

Aeltestes Stadt-Copialbuch S. 29 ff.

[4]) Abgedr. im Calenberger Urkundenbuche, Loccum n. 247.

[1]) Auch in einer Wunstorfer Urkunde vom Jahre 1266 erscheint Warmannus noch als Zeuge (Calenb. Urkundenb., Wunstorf Nr. 14 b. Erst im Jahre 1276 wird er in einer Loccumer Urkunde Warmannus plebanus quondam in Hannovere beate memorie genannt, v. Hodenberg, Loccumer Urkundenbuch n. 348; vgl. daselbst n. 360, wo eine ähnliche Benennung vom Jahre 1277 sich findet.

[2]) Abgedruckt bei Grupen, O. et A. H. S. 98. — Moser, dipl. Belustigungen V, S. 222 f. — Vaterl. Archiv 1844. S. 159 f.

Digitized by Google

***34. Der Rath zu Hannover bezeugt, daß der Pfarrer Warmann an den laut Urk. 33 der Marktkirche geschenkten Gütern zu Wahrenwald sich den lebenslänglichen Nießbrauch vorbehalten hat. Hannover, 1266.**

Consules universitasque burgensium Honoverensium universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, in vita presenti gaudium et futura. In presenti pagina profitemur et publice protestamur, quod omnium, que de amministratione bonorum Vorenwalde censualiter annuatim provenerint, dominus Warmannus, plebanus Beati Georgii, quam diu ei Dominus vitam concesserit, dimidiam partem sumet, que tamen post mortem ipsius ad reparationem ecclesie beati Georgii pertinebit, sicut idem plebanus in littera sub sigillo suo civitati nostre tradita protestatur. Ne autem hiis ulla controversie in posterum possit questio suboriri, dicto plebano, domino Warmanno, presentem paginam super hec conscriptam tradidimus civitatis nostre sigilli munimine roboratam. Testes universa civitas Honoverensis. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.LX°.VI°.[1]

(Anhängend das Siegel der Stadt.)

Stadt-Archiv.

35. [Hannover,] 1266. R

Ego Willikinus existens advocatus in Honover[*1] protestor, quod Hildebrandus et Theodericus fratres de Hubedhe, in mea constituti presentia et aliorum militum, videlicet Heinrici de Horber, domini Wesceli Westphali, domini Luderi de Hanense, domini Theoderici de Sudersen, domini Theoderici de Althen, libere et publice renuntiaverunt omni, quod in vulgo dicitur »ansprake«, in bonis Bercboldessen[2] habita Mindensi ecclesie. Acta sunt hec

[1]) Abgedr. bei Grupen, Origg. Hanov. S. 98 (mit dem Siegel).

[*1]) Willikinus advocatus de Honovere erscheint auch in einer Urkunde von 1267 in von Hodenberg's Calenberger Urkundenbuch, Barsinghausen n. 46.

[2]) Ob Kercboldessen, Kirchboitzen, Amts Fallingbostel, das unter dem ehemals Mindischen Archidiaconate Ahlden stand?

Digitized by Google

anno gratie millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, mee advocatie anno primo.

Aus Würdtwein's Subsidia diplomatica ad selecta juris ecclesiast. Germaniae capita. XI, p. 40. n. XXVII.

*36. Hildemar [von Oberg], Vogt zu Hannover und Schauenburg, bezeugt nebst einigen andern Rittern und Knappen, daß Heinrich von Wagenzelle mit seiner Gattin Gertrud und seinem Sohne Winand in der Laube vor der Burg Lauenrode zu Gunsten des Klosters Wienhausen auf seine Ansprüche an eine Hufe Land zu Harber (Amts Burgdorf) verzichtet habe. Vor Lauenrode, 1267. August 21.

Hildemarus, advocatus Honovere ac Scowenborch [1], Otto de Lo, Sifridus Scadewalt et Wescelus Westphal, Wilbrandus de Redhen, Heynricus de Lodhen, Johannes et Arthusius fratres de Golteren, Johannes, Heynricus fratres de Arbeke, Theodericus et Heynricus fratres de Herberghen, Conradus et Lodewicus fratres de Stochem, milites; Hildebrandus de Horbere, Ludolfus de Golteren, Theodericus de Langlagen, Johannes de Volkersen, Heynricus de Oberghen, Hildebrandus de Herberghen, servi, tenore presencium protestamur, quod dominica vespere post cenam ante Bartholomei anno gracie M°.CC°.LXVII. in lobio ante castrum Lewenrodhe in nostra constituti presentia Heynricus de Wagechelle ac ejus uxor, sibi dilecta domina Gertrudis, ac eorum heredes et Winandus, frater suus, et sui heredes, et coram nobis recognoverunt, se ad multos annos renunciasse cum communi consensu et tractu et voluntate bona omni juri, quod habuerant in quodam manso Hertbere [2], et iterum resignaverunt ipsum jus habitum in manso

[1]) Hildemar von Oberg kommt als Advocatus des Herzogs Johann von Braunschweig in einer Urkunde vom 16. Aug. 1273 bei Würdtwein, Subsidia diplomatica XI, p. 61, n. XLV, und als Advocatus in Honovere in zwei Urkunden vom 18. u. 20. Jan. 1274 ebendaselbst S. 66 vor. In einer vom 19. Jan. 1274 zu Minden ausgestellten Urkunde (Marienroder Urkundenbuch n. 51. S. 84) heißt er Hildemarus advocatus ducis in Hoenoevre. Vgl. auch Mooyer, Zeitschr. des hist. Vereins für Niedersachsen 1850, S. 321 ff.

[2]) Harber, Kirchdorf Amts Burgdorf.

Digitized by Google

dicto et claustro Winhusen liberaliter contulerunt; quo facto ego Hildemarus miles de Oberghen, existens tunc temporis advocatus Honovere ac Scowenborch, quia coram me factum est, in sententia quesivi a domino Theoderico milite de Herberghen, ex quo prefati jus suum habitum in manso memorato Hertbere resignaverant, ut fatebantur, ad multos annos et claustro Winhusen dederant et iterum resignaverant et dederant ipsi claustro militibus et servis sursum dictis presentibus et me vidente et audiente, si possent amplius sibi aliquod jus vel ejus heredes in manso pluries posito Hertbere addictare, ascribere aut usurpare, et data est sententia per ipsum dominum Theodericum, quod non possent, hac sententia a circumstantibus omnibus confirmata. Ipsum mansum ex parte domini mei ducis Johannis, qui est, ut in vulgo dicitur, »voremunde« claustri Winhusen, in meam accepi protectionem faciendo sibi, quod usualiter dicitur »vredhe«, primo, secundo et tercio sub obtentu gratie domini mei ducis predicti et sub »grevenbanne«, ut quicunque claustrum jam sepius dictum in manso multociens posito injuriose perturbaret, quod exinde incurreret offensam domini mei ducis Johannis, et quicunque esset advocatus Honovere, deberet pro suis viribus defensare. Isto autem ordinato ad peticionem Heynrici de Wagenchelle ac uxoris ejus, domine Gertrudis, et eorum heredum et Winandi fratris sui et suorum heredum ad cautelam futurorum hanc litteram per manum mei notarii Heynrici et rectoris scolarum in Honovere[3] scriptam mei duxi sigilli munimine roborandam.[4]

(Verletztes Helmsiegel mit den Oberg'schen Rauten.)

Archiv des Klosters Wienhausen.

[3]) Schon im Jahre 1236 kommt ein magister H. de Honnovere als Zeuge vor (v. Hodenberg, Cal. Urk. Wennigsen n. 11); ob dies unser Rector war, steht dahin.

[4]) Mittheilung Sr. Exc. des Herrn Landschafts-Directors Freiherrn von Hodenberg.

Digitized by Google

37. Schloß Lauenrode, 1270. K

Johannes Dei gratia dux de Bruneswich omnibus presens scriptum visuris salutem. Notum esse cupimus, quod Arnoldus dictus Westfal supplicavit, ut commutationem quandam, quam idem Arnoldus et sui fratres de quibusdam bonis, que a nobis tenuerunt in feodo, fecerant, cum Theoderico abbate et conventu monasterii in Lucca admittere dignaremur. Nos vero commutationem hujusmodi libera admisimus voluntate, proprietatem quinque mansorum, qui coluntur a duabus domibus sitis in utraque villa Lothen [1], et unius mansi et dimidii, quos Heinricus de Vorenholte a nobis in pheodo tenuit, eidem abbati et conventui conferentes perpetuo possidendam, recipientes in recompensam a prefato conventu proprietatem super quinque domos cum septem mansis in villa Melebergen [2], quos eidem Arnoldo jure contulimus feodali. Testes Johannes nobilis de Adenoys, Hyldemarus advocatus, Wilbrandus de Rethen. Datum in castro nostro Lewenrothe, anno Domini M°. CC°. septuagesimo. [3]

Nach von Hodenberg.

*38. Herzog Johann von Braunschweig ertheilt den Hannoverschen Bürgern das Privilegium des Tuchhandels innerhalb der Stadt. Pattensen, 1272. Juli 16.

Dei gracia Johannes dux de Bruneswich [1*] omnibus audituris presentem paginam et visuris salutem in omnium salutari. Ne ea, que geruntur in tempore, processu temporis a memoria hominum elabantur, expedit, ut res gesta ponatur in ore testium vel scripture testimonio perhennetur. Recognoscimus igitur per presentes, quod inspicientes servicium et affectum dilectorum burgensium nostrorum in Honnovere ipsis gratiam contulimus specialem, videlicet

[1]) Lahde, Kirchdorf im Gerichtsbezirk Petershagen.
[2]) Wellbergen, im Kirchspiel Gobfeld, G. Blotho.
[3]) Gedruckt mit den Zeugen im Loccumer Urkundenbuche n. 308, ohne die Zeugen bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 197 f.
[1*]) S. die Anm. 2 zu der Urkunde vom 6. Jan. 1256. Nr. 18.

Digitized by Google

ut nullus, nisi ipsi, in civitate ipsorum, sive infra forum vel extra, pannum incidere audeat vel presumat, et eo jure perpetuo sint contenti. Apponentes ipsis presentem litteram cum sigillo in testimonium veritatis. Datum in civitate Pattenhusen anno Domini M°.CC°.LXXII°, sabbatho ante festum beate Marie Magdalene.[2]

(Beschädigtes Siegel an grünseidener Schnur.)

Archiv der Kaufmanns-Innung zu Hannover.

39. Herzog Johann von Braunschweig bestimmt, daß die Vögte und Burgmänner zu Lüneburg, Thun, Harburg, Lichtenberg und Hannover geloben sollen, nach seinem und seiner Kinder Tode die Schlösser Niemandem auszuliefern, bevor die Siegel seiner Brüder Otto, Conrad und Albrecht, wie er versprochen hat, an die Urkunde geheftet sind, durch welche er die neue Saline zu Lüneburg den in der alten Saline Begüterten verkauft hat. 1273.

Dei gratia nos Johannes dux de Brunswic tenore presentium recognoscimus protestando, quod, cum novam salinam nostram, quam habuimus in civitate Luneborg, abbatibus, prepositis, canonicis, militibus, burgensibus et universis redditus in antiqua salina Luneborg habentibus venderemus, taliter extitit placitatum, quod litera super hujusmodi conventione confecta sigillis domini Ottonis, Hildensemensis ecclesie, et domini Conradi, Verdensis ecclesie postulati, domini Alberti, illustris ducis de Brunswic, nostrorum fratrum, et nobilis viri, domini Eghardi[1], comitis Holzacie, et nostro deberet communiri, ne umquam a nobis vel nostris heredibus sive successoribus contractus tam rationabilis infringatur; et quia dictorum fratrum nostrorum sigilla habere non potuimus ista vice, decrevimus, ut advocati et castellani nostri de Luneborg, de Thûne, de Horborch, de Lichtenberghe *[2] et de Honovere universi promittant fide data, quod, cum nos et heredes nostros

[2]) Abgedruckt Origg. Guelf. IV, S. 197 f. — Vaterl. Archiv 1844. S. 147 f.

[1]) Soll heißen Gherardi.

*[2]) Thun, A. Bleckede; Harburg; Lichtenberg, Ger. Salder.

Digitized by Google

carnis debitum contingeret exsolvere, prefata castra non presentabunt alicui, quin predictorum fratrum nostrorum sigilla ad literam, quam eis super venditione saline nove dedimus, sint annexa. Ceterum si in premissis castris advocatum aliquem mutaremus, vel castellanum a nobis contingeret recedere sive mori, alius, qui succedit, promittere debet, sicut predictum est; cum vero sigilla eorum habere poterimus, extunc a promisso isto facto sive faciendo erimus absoluti. Datum anno Domini M°.CC°.LXXIII°.[3]

Nach Sudendorf.

*40. Herzog Johann von Bräunschweig schenkt dem Hospitale St. Spiritus Höfe in Bothfeld (A. Hannover) und in „Gernandesburch" (Burg bei Herrenhausen, Amts Hannover). 1274.

Dei gratia Johannes dux de Bruneswich omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino. Tenore presentium notum esse volumus, quod proprietatem curiarum in Botvelde et in Gernandesburch[1] cum omnibus attinentiis tam in agris, quam pratis, pascuis atque silvis, domui sancti Spiritus in Honovere contulimus propter Deum perpetuo possidendam. Ut igitur hujus facti nostri jugis habeatur notitia, prefate domui id scriptum appensione sigilli nostri dedimus communitum. Datum anno Domini M°.CC°.LXX°.IIII°.[2]

(Siegel des Herzogs.)

Stadt-Archiv.

*41. Graf Heinrich von Roden schenkt dem Hospitale St. Spiritus das Obereigenthum der von dem Bürger Anselm dem Hospitale geschenkten $2^1/_2$ Morgen Landes bei dem Galgen (außerhalb des Steinthores). Hannover, 1274.

Omnibus hanc litteram visuris Heinricus comes de Rodben suam graciam et favorem. Anselmus burgensis in

[3]) Abgedr. bei Sudendorf, Urkundenbuch zur Geschichte der Herz. von Braunschw. u. Lüneb. I, n. 77.

[1]) Die Burg ist im Jahre 1842 abgelöst worden.

[2]) Abgedr. bei Grupen, Origg. et Antt. Hanov. S. 94 f. (mit dem Siegel). — Moser V, 228. — Vaterl. Archiv 1844. S. 163.

Digitized by Google

Honovere ob remissionem suorum peccatorum dedit domui sancti Spiritus in Honovere duo jugera et dimidium, et hii agri ex illa parte patibuli jacent; horum agrorum proprietatem, que nostra erat et fuit, cum daremus, ipsi domui dedimus nos Spiritus sancti gracia informande. Testes nostre donationis hujus aderant Rutbertus de Wegherden, Stacius et Heyneman, Anselmi filii, Rotgerus et Renike Fleminggus, et multi alii astiterunt. Datum Honovere anno gracie M°.CC°.LXXIIII°, et hanc litteram super eo datam nostro sigillo duximus roborandam.[1]

(Anhängend das Siegel.)

Stadt-Archiv.

42. Graf Heinrich von Roden belehnt einige Hannoversche Bürger mit Gütern zu Wahrenwald (Amts Hannover). 1274.

Universis hanc litteram visuris Heynricus comes de Roden paratum in omnibus servicium. Tenore presentium protestamur et scire presentes volumus et futuros, quod nos ex maturo consilio ac tractatu porreximus Rotberto de Nova Civitate ac Ludero filio Johannis Techardi, Jacobo de Stenhus, Johanni Dhuvele ac Lamberto Bucke bona nostra Vorenwalde cum omnibus attinentiis, tam in pratis, quam pascuis et nemoribus, in pheodo liberaliter possidenda, et de ipsis bonis eisdem prestare volumus, si requiruntur[1*], in locis omnibus, ubi venire possumus et debemus, warandiam. Nobis vero mortuis bona supradicta de Mindensi recipient ecclesia, de qua nos recepimus et tenemus. Dicimus etiam et facere volumus, si prefati burgenses proprietatem bonorum jam pluries dictorum de Mindensi ecclesia memorata nobis viventibus habere poterint, nos omni occasione postposita ea resignabimus, hoc est certum. Facta et promissa sunt hec anno gratie M°. CC° LXXIIII°, presentibus consulibus de Honovere Thezen,

[1]) Mit dem Siegel, worauf der Graf Comes de L[ewe]nrhoden heißt, abgebr. bei Grupen, Origg. Hanov. S. 284, und bei Leyser, Hist. com. Wunstorp. S. 36 (S. 21 f. der ersten Ausg.).

[1*]) Das Copialbuch des Königl. Archivs hat requirimur.

Helmoldo Nigro, Bernardo de Pattenhusen, Thiderico de Mandeslo, Johanne Marquardi, Hildebrando de Yvingenrodhe, Heinrico de Pattenhusen, Johanne de Hesekenhusen et Bernardo Megere, et alii quam plurimi astiterunt.[2]

Aelteſtes Stadt-Copialbuch s. XIII ex., Nr. XX, pag. 31.
Copialbuch des Königl. Archivs S. 131.

*43. Graf Ludolf von Roden ſchenkt dem Hospital St. Spiritus 4 Hufen Landes zu Puttenſen. 1276. Juli 8.

Ludolfus Dei gracia comes de Rodhen omnibus presencia visuris salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, quod nos cum consensu heredum nostrorum perfecto ob salutem anime nostre ac omnium familiarium nostrorum et ob reverenciam sancti Spiritus conferimus hospitali in Honovere proprietatem quatuor mansorum in Puttenhusen[1] liberaliter et solute. Et hoc nostris litteris

[2]) Abgedr. im Vaterl. Archiv 1844, S. 161 f.

[1]) Heutzutage findet ſich noch bei Monbrillant (Königsſitz) das Puttenſer Feld, woſelbſt das Hospital St. Spiritus noch jetzt Grundzinſen erhebt. Auch in der naheliegenden Steinthor-Marſch beſitzt das Hospital St. Spiritus Wieſen, die höchſt wahrſcheinlich zu den vier Hufen Landes in Puttenſen gehört haben. Die Grundfläche der dem Hospitale zinspflichtigen Grundſtücke betrug im J. 1830 über 130 Morgen. In Pattenſen, welches Einige (z. B. auch Falke und Lüntzel) unter Puttenhusen geſucht haben, hat das Hospital St. Spiritus niemals Grundbeſitz gehabt, wie Grupen in dem handſchriftlichen Corpus honorum des Hospitals St. Spiritus, Vol. II, ausdrücklich verſichert. Vgl. Grupen, Origg. Hanov. S. 58, und Observatt. rerum et antt. Germ. et Rom. S. 161. — Die älteſte Erwähnung Puttenhuſens findet ſich in der Urkunde von 1022, durch welche Kaiſer Heinrich II. dem Kloſter St. Michaelis in Hildesheim ſeine Güter beſtätigt. Es heißt dort ſowohl in der ächten, ohne Tagesangabe (Lüntzel, Die ältere Diöceſe Hildesh. S. 360; Der heil. Bernward S. 99), als in der falſchen, vom 1. November datirten (Lüntzel, Die ältere Diöceſe Hildesh. S. 355; Der heil. Bernward S. 94): In pago Merstem, Haringehusen, Lumbere, Erthere, Puttenhusen, Davenstide etc. Daß dieſelben Güter kurz nach 1200 in den Beſitz des Kloſters Marienwerder übergegangen ſind, zeigt die trotz der Lücken verſtändliche Urkunde n. 1 in dem Archiv des Kloſters Marienwerder, Calenb. Urkundenbuch, Abth. VI, wo es heißt: Fratres autem [comitis in] usum fidelium XIII marcas apposuerunt in prediet .... Hagerinhusen de X mansis ..... in Puttenhusen IIII mansos, in Erthere II mansos de predicta pecunia scilicet ..... [a] fratribus de Sancto Migaele in Hildensem comparaverunt.

Digitized by Google

protestamur. Datum anno Domini M°.CC°.LXX°.VI°, Kyliani martiris[2].

(Anhängend das Siegel.)

Stadt-Archiv.

*44. Herzog Johann von Braunschweig wiederholt das den Hannoverschen Bürgern ertheilte Privilegium (Nr. 38) des Tuchhandels innerhalb der Stadt, mit der ausdrücklichen Ausdehnung auf die Märkte. Hannover, 1277. Nov. 28.

Dei gracia Johannes dux de Brunswich omnibus in perpetuum. Noverint universi tam presentes, quam futuri temporis successores, quod nos dilectis civibus nostris in Hanovere concedimus ex gracia speciali, et pro jure statuimus observandum, ne quis hospes, undecumque fuerit, ad nundinas vel forum vel in nullo tempore in jam dicta civitate pannos suos ad ulnam vendere vel incidere audeat vel presumat. Ut autem hec premissa tam ab heredibus nostris, quam ab advocatis, qui pro tempore fuerint, rata et firmiter observentur, presens scriptum inde confectum ipsis sigillo nostro duximus roborandum. Datum Hanovere anno Domini M°.CC°.LXXVII°, in dominica ante festum beati Andree apostoli.[1]

(Das Siegel an roth- und grünseidener Schnur.)

Archiv der Kaufmanns-Innung zu Hannover.

45. Der Rath zu Hannover bezeugt, daß der Hannoversche Bürger Eiselbert Düvel vor dem Freiding dem Kloster Loccum zwei Buden am Markte geschenkt habe. 1277. Jan. 17.

Anno gracie M°.CC°.LXXIX, in die Antonii monachi, nos consules in Honovere*1 Thezo, Sechewinus, Thid. Boc,

[2]) Abgedr. bei Leyser, H. c. Wunst. S. 45 f. (S. 24 f. der ersten Ausg.) — Grupen, Observ. S. 161. — Falke, Traditt. Corbej. S. 587. — Moser V, S. 231 f.

[1]) Abgedr. in Origg. Guelf. IV, S. 198. — Vaterl. Archiv 1844, S. 148.

*1) Bemerkenswerth ist, daß in dieser Urkunde die Zahl der Consuln die gewöhnliche Zahl 12 überschreitet, wenn nicht etwa H. luscus Flemingus als eine Person aufgefaßt werden muß.

Digitized by Google

Thid. de Mandeslo, Joh. de Stenhus, Thid. Moroch, Joh. Marquardi, Hildebrandus de Ivingenroth, H. luscus, Fleningus[2], Olricus de Gerdene, Bernhardus Meger, Burchardus de Pattenhusen, et magistri civium Bertramus ante Pontem et Heynemannus, filius quondam Anshemmi, literis presentibus protestamur universis Christi fidelibus notum fieri cupientes, quod Gyselbertus cognomento Dyabolus, cupiens Christum sue substantie habere coheredem, de consensu heredum suorum et coheredum, nobis astantibus, coram nostro advocato Conen de Hemeringen in judicio, quod dicitur »vrithing«, duo macella sua, que habuit in foro nostro, contulit domino abbati[3] et conventui monasterii de Lucka Cisterciensis ordinis, Mindensis dyocesis, libere et absolute, ita tamen quod juri civili respondeatur de eisdem, tali compositione interposita, quod post mortem prèdicti G. de prefatis macellis in festo beati Andree dicto conventui perpetuum fiat servicium annuatim, ut predicto die Johannis Dyaboli, jam defuncti patris ipsius G., et matris sue Mar. et consanguineorum suorum, necnon et sua memòria ibidem habundantior habeatur. Hec à partibus ambabus rogati sumus scribere et sigillo nostre civitatis roborare, et erimus hujus facti testes, si requisiti fuerimus nos, fideles.[4]

Nach dem Loccumer Copialbuche Nr. 474 u. d. Registr. monast. Lucc. des Königl. Archivs p. 93, n. CCCCLXXI.

2) Lies Flemingus; vgl. Urk. 41, Z. 10.

3) Hermann II, Abt zu Loccum, war zufolge des noch existirenden Epitaphiums, 1278 gestorben (Weidemann, Gesch. des Kl. Loccum, S. 161, 4.):

Transiit Hermannus, millenus dum fuit annus
Et bis centenus septuagenusque octavus.
Septimus hic abbas, sed primus mortuus abbas.
Christe, Patris nate, sanctis hunc junge beate.

Sein Nachfolger war Arnold I, der am 9. Sept. 1296 starb.

4) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 297. — Moser V, S. 232 f.

Digitized by Google

***46. Herzog Otto von Braunſchweig beſtätigt den Hannoverſchen Bürgern das Privilegium des Tuchhandels, ertheilt ihnen in Gemeinſchaft mit den Burgmannen von Lauenrode das Präſentationsrecht des Schulrectors, hebt das ſ. g. Grundruhrrecht auf und beſtätigt ihnen ihr althergebrachtes Recht. 1282. Febr. 10.**

Otto[1] Dei gracia dux de Brunswich omnibus presentia visuris salutem in omnium Salvatore. Insinuatione presentium recognoscimus publice protestantes, quod nullus hospes, nisi ipsi burgenses Honovere, in civitate sua, sive infra forum, sive extra forum, nec infra muros civitatis, nec extra, pannos incidere audeant nec presumant. Item post obitum magistri Hinrici, rectoris scolarum ibidem, scolas committere debemus persone ydonee, quam quatuor castellanorum in Lewenrodhe et quatuor burgensium civitatis Honovere predicte nobis duxerint presentandam, et sic eandem graciam ipsis observare debemus, ut, quemcumque supradicti nobis presentaverint, scolas memoratas committere debemus. Ceterum hospites sive burgenses, quos pontes transire contingerit, si in ea dampnum aliquod paciuntur, quod »gruntroringhe«[2] vulgariter dicitur, nullum ab advocatis nostris ipsis pro eo dampnum inferetur. Jus eciam, quod a nostris progenitoribus memorati burgenses possidere videbantur[3], eisdem infringere non debemus, sed inviolabiliter observare. In cujus rei testimonium presens scriptum sigillo nostro et patrui nostri Conradi, Verdensis ecclesie postulati[4] et tutoris, roboratum sepedictis burgensibus ad cautelam duximus concedendum. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX° secundo[5], die Scolastice virginis.[6]

(Das Siegel des Herzogs iſt nicht mehr vorhanden, das Siegel des Verdener Biſchofs liegt dabei mit Reſten einer gelb- und rothſeidenen Schnur.)

Archiv der Kaufmanns-Innung zu Hannover.

1) Otto der Strenge (strenuus) regierte von 1277—1330, anfangs unter Vormundſchaft ſeines Oheims Conrad.
2) Vgl. die Urkunde der Herzoge Bernhard und Heinrich von 1392 bei Hoffmann, Samml. ungedr. Urkunden I, S. 205.
3) das Mindenſche Recht; vgl. die Urkunde vom 24. Aug. 1285.
4) Conrad, Sohn des Herzogs Otto puer, war Biſchof von Verden 1268—1300.
5) Scheidt las: millesimo ducentesimo octogesimo, secundo die

Digitized by Google

*47. Herzog Otto überträgt bei einer Aussöhnung mit dem Bischofe (Siegfried) von Hildesheim diesem das Eigenthum über das Schloß Lauenrode und die Stadt Hannover und erhält dieselben von dem Bischofe als Lehen. Hannover, 1283. Dec. 16.

a. Die Urkunde des Herzogs Otto.

Super discordia, que vertitur inter ecclesiam Hildensemensem et inclitum ducem Ottonem de Bruneswich placitatum est in hunc modum: Dux prefatus dedit et tres sorores sue, Metthildis, Elyzabeth, Helena, proprietatem castri Lowenrodhe et civitatis Honovere et omnium bonorum, tam ad castrum, quam ad civitatem dictam pertinencium, sive illa bona sint libera, seu infeodata, beate Virgini et ecclesie Hildensemensi modo, quo potuit, firmiori pro remedio animarum progenitorum suorum et salute. Episcopus vero Hildensemensis contulit in feodo duci dicto et sororibus suis dictis castrum dictum et civitatem cum bonis attinentibus universis. Dux eciam favet ecclesie Hildensemensi et non alteri de mille et centum marcis examinatis, quas habet in castro Halremunth[1], post mortem sororum suarum et si ipse absque liberis moreretur. Si eciam procurari poterit a quocumque, quod de voluntate heredum de Halremunth quod castrum dictum infeodetur, tunc episcopus conferet tantum illud duci. Dux preterea dabit episcopo Hildensemensi centum marcas examinatas ante festum purificacionis nunc instans pro eo,

Scolastice virginis; ebenso hat der Abdruck im Vaterl. Archiv. Bei Moser ist sogar M.CC.LXXXI. Scholastice virginis gegeben; auch Rehtmeier, der das Datum ganz wegläßt, setzt die Urkunde in in das Jahr 1281. — Grupen, in den Disceptt. forenses S. 753, citirt die Urkunde richtig der Jahreszahl nach, irrt aber in der Angabe des Ausstellers, indem er für Otto dessen Vater Johannes nennt.

*) Abgedr. bei Rehtmeier, Chron. S. 1835 f. — Origg. Guelf. IV, p. 198 sq. — Moser V, S. 234 f. — Vaterl. Archiv 1844, S. 149 f.

1) S. über dieses Schuldverhältniß die zu Hannover 1282, Mai 5. ausgestellte Urkunde des Grafen Gerhard von Hallermund (Origg. Guelf. IV, 493, Nr. 15), worin es unter andern heißt: Item si prefatus dux viam universe carnis fuerit ingressus, nos cum castro jam dicto declinabimus, quocumque illi de Luneburg, Lechtenberghe et de Honovere duxerint declinandum.

Digitized by Google

quod sibi in castro Hudha[2] dinoscitur esse factum. Dux eciam non impediet episcopum in bonis ad Hudham pertinentibus in agris, pratis, pascuis, silvis, piscaturis et omnibus aliis, que, cum castrum caperetur, episcopus in sua habuit potestate. Et si aliquis episcopum super bonis illis impeteret movendo questionem, episcopus de hoc faciet, quod jus dictabit. Ut autem amicicia firmior maneat inter eos, nullus eorum novum castrum seu municionem edificabit in detrimentum alterius a festo epyphanie nunc futuro ad annum; si tamen episcopo placuerit Tzherstede[3] edificare, poterit pro sua libera voluntate; post festum vero epyphanie ad annum edificabunt, si volunt, ubi de jure debent et possunt, et si alius alium impedierit, hoc non erit contra unionem inter ipsos ordinatam. De molendino illorum de Redhen ita erit, quod de consilio hominum episcopi et hominum ducis et eis mediantibus illud reedificabunt et waram facient et percucient, ubi episcopo nec suis sit dampnosum. Episcopus insuper renunciat excessui in ipsum perpetrato in destructione Hudhe pro se et ecclesia sua tantum. Si eciam aliquis vel aliqui excommunicationem inciderunt racione istorum excessuum, illos episcopus absolvet in hiis, in quibus potest, quando de hoc fuerit requisitus, interdictum, quod Halremunth posuerat, revocando. Item episcopus contulit duci et prefatis sororibus suis in feodo bona illa, que avus eorum, dux Otto, et pater eorum, dux Johannes, in possessione eorum habuerunt, que de jure infeodare potuit; si vero

[2]) Das Chronicon Hildesheimense (Monum. Germ. hist. Scriptt. VII, 863) erzählt vom Bischof Otto von Hildesheim (1260—1279): Castrum Hudhe cum quinque mansis, prato cum molendino et duabus piscaturis a Hillemaro de Oberge pro ducentis marcis [comparavit], et quasi funditus de novo magnis sumptibus construxit. Ebendaſelbſt (S. 867) heißt es von Biſchof Siegfried: Pace facta episcopus in placitis obtinuit donari sibi et ecclesie a duce predicto proprietatem castri Lowenrode et opidi Honovere; quod tamen idem dux ab episcopo recepit in feudum, datis tantummodo centum marcis. Hoc autem factum est episcopo et ecclesie in recompensam castri Huden, quod dux destruxerat antedictus.

[3]) Sarſtedt, Stadt im Fürſtenthume Hildesheim.

Digitized by Google

essent aliqua bona, que episcopus non recognosceret avum ducis vel patrem vel eciam ipsum ducem habuisse in possessione, super illis bonis ad »cunscap« recurrendum erit, et secundum quod ibi diffinitum fuerit, est servandum. Ceterum pro bono pacis et concordie episcopus et dux ad unum sexennium simul commanebunt, et super excessus, qui jam contigerunt vel contingent inter ipsos aut homines eorum, octo sunt statuti, quatuor ex parte episcopi et quatuor ex parte ducis, qui excessus illos in amicicia component, si possunt; quod si non, tunc sub fide et juramento suo illos in jure terminabunt post monicionem infra mensem Brundelen[4] conveniendo ad locum ipsis super hoc deputatum; et si in jure concordare nequiverint, recurrendum est ad dominum Volcmarum, nobilem virum de Goslaria, qui mediator super hoc electus est, qui infra mensem post hoc jus dabit et dicet, et quod ipse dixerit, justum erit et pro justicia est tenendum, et quicumque dicto suo contradiceret, illius tam episcopus quam dux erunt inimici, donec fecerit, quod per dominum Volcmarum mediatorem est statutum. Civitas eciam Honovere dedit patentes literas, in quibus recognoscit, quod dux dictus et sorores sue dicte dederunt proprietatem castri Lowenrodhe et civitatis Honovere et omnium bonorum, sive sint libera seu infeodata, ad utrumque spectancium beate Virgini et ecclesie Hildensemensi, quemadmodum est predictum. Civitas eciam Hildensem dedit patentes literas, in quibus recognoscit, quod episcopus in feodo contulit duci et sororibus suis dictis castrum dictum et civitatem et bona ad utrumque pertinencia, et hoc de capituli sui beneplacito et consensu.

Nos igitur Otto Dei gracia dux de Bruneswich data fide promisimus hec servare. Nobiscum vero similiter data fide promiserunt Johannes nobilis de Adenoys, qui aut Hildensem aut Bruneswich intrabit, Johannes de Eskerten, Johannes de Goltorne, aut Hildensem aut Honovere, Bor-

[4]) Brünbeln, Dorf im Fürſtenthum Hildesheim, Kirchſpiels Clauen, Amts Peine.

chardus de Cramme, Honovere aut ubi dux jacet, Theodericus de Alten, Luderus de Hanese, Sifridus de Redhen, Bruno de Alten, Otto de Boltessen, Jordanus de Iltene, Drudlefus de Botmere, Segebodo de Hanese, Theodericus de Sudersen, Fredericus de Winningehusen, Artus de Goltorne, Wichrandus de Hareboldessen, Ludolfus de Boltessen, omnes isti Honovere, Everhardus de Alten, aut Honovere aut Patthenhusen, Theodericus de Godenstede, aut Hildensem aut Bruneswich, Willehelmus de Gustedhe, aut Bruneswich aut Olbere, Theodericus de Hereberch, aut Honovere aut Wustorpe, Theodericus de Walmede, aut Hildensem aut Bruneswich aut Goslariam, et ubi primo intraverint, ibi manebunt non exituri, nisi de episcopi Hildensemensis fuerit voluntate. Et si aliquem ex fidejussoribus supra dictis mori contingeret, alius in locum suum poni deberet infra mensem. Burgenses eciam de Honovere promiserunt data fide Borchardus de Pattenhusen, Ropertus de Nova Civitate, Theodericus de Mandeslo, Giselbertus Dyabolus, Eylardus de Borsem, Segewinus, Bisch, Heyneman Ansemes', Geseko de Lubeke[5]; isti burgenses jacebunt extra muros Honovere aut in Nova Civitate[6] aut in Brulone aut in preurbio aut in castro; et si aliquis ex eis moreretur, alius poni debet in locum suum infra mensem. Ad majorem eciam firmitatem hec placita sigillo nostro fecimus roborari. Datum Honovere anno Domini millesimo CC°.LXXX°. tercio, XVIII°. Kalendas Januarii.[7]

(Siegel des Herzogs Otto.)

Königl. Archiv.

5) Dies ist die erste sichere Erwähnung der Neustadt Hannover und des Brühls.

6) Den 1. Mai 1294 zeugt Giselbertus dictus de Lubeke, civis in Honovere, in einer Loccumer Urkunde; v. Hodenberg, Calenberger Urkundenbuch, Loccum n. 503.

7) Gedruckt in Scheidt's Codex diplomaticus zu Moser's Einleitung in das Braunschweig-Lüneburgische Staatsrecht II, S. 752 ff. und in Sudendorf's Urkundenbuch zur Geschichte der Herzöge von Braunschweig u. Lüneburg I, n. 100.

Digitized by Google

b. Die Urkunde des Bischofs Siegfried von Hildesheim.

Super discordia — consensu. — Nos igitur Sifridus Hildensemensis[1] ecclesie episcopus data fide promisimus hec servare; nobiscum vero similiter data fide promiserunt Arnoldus decanus[2], Volradus Montis prepositus[3], Bernardus scolasticus[4], Hermannus de Dasle, Johannes cantor[5], Bernardus de Meynersem, Borchardus de Dreinleve, Fredericus de Adenoys, Sifridus de Blankenborg, Bernardus de Hardenberg, canonici Hildensemenses; item Ascwinus de Stenberg, Ludolfus de Cramme, Sifridus de Rutenberg, Conradus marschalcus[6], Ascwinus de Luttere, Ernestus pincerna[7], Henricus de Walmede, Conradus Swevus, Henricus Rasehorn, Johannes Boc de Illedehusen, Gerhardus Cegenbart de Gandersem, milites; item burgenses[8] Borchardus ante Orientalem Valvam, Hermannus Puntrogge, Everhardus Ludolfi, Johannes Berneri, Bruno Insanus, Arnoldus de Minda, Beteco de Hoyersem, Thidericus Friso, Johannes de Munstede, Hildebrandus Storm. Si vero aliquem ex hiis fidejussoribus, canonicis videlicet, militibus et burgensibus, mori contingeret, alius in locum suum poni deberet infra mensem. Canonici et milites intrabunt ad loca eis deputata, burgenses autem jacebunt extra muros Hildensem vel in curiis dominorum non exituri, nisi de ducis sepedicti fuerit voluntate. Ad majorem eciam firmitatem hec

[1]) Siegfried II., Graf v. Querfurt, war Bischof von Hildesheim von 1279—1310.

[2]) Arnold aus dem Geschlechte der Edlen v. Werberge oder Warberg.

[3]) Volrad aus dem Geschlechte der Edlen v. Wildenstein, auch de Goslaria genannt.

[4]) Bernhard aus dem Geschlechte der Edlen v. Dorstadt.

[5]) aus dem Geschechte de Medem.

[6]) In einer Urkunde vom J. 1243 wird unter den Zeugen ein Conradus de Embrike, marscalquus episcopi, genannt; Calenberger Urkundenbuch, Wülfinghausen Nr. 18.

[7]) In einer Urkunde vom 10. März 1284 heißt er: Ernestus pincerna episcopi dictus de Meinberghe.

[8]) nämlich von Hildesheim.

Digitized by Google

placita sigillo nostro fecimus roborari. Datum Honovere anno Domini M°.CC°.LXXX°III, XVII° Kal. Januarii.[9]

(Siegel abgefallen und wieder angenäht.)

Königl. Archiv.

***48. Herzog Otto von Braunſchweig verbürgt ſich dafür, daß ſeine Schweſter Mathilde das Eigenthum des Schloſſes Lauenrode und der Stadt Hannover dem Stifte Hildesheim übertragen, und daß ſeine Mutter Lutgard ihre Genehmigung dazu ertheilen werde. Hannover, 1283. Decbr. 16.**

Nos Otto Dei gracia dux de Bruneswich recognoscimus per presentes, quod Metthildis soror nostra dilecta proprietatem castri Lowenrodhe et civitatis Honovere et bonorum omnium ad utrumque spectancium, sive sint libera seu infeodata, dabit beate Virgini et ecclesie Hildensemensi usque hinc et dominicam Invocavit proxime venturam, et dilecta mater nostra domina Lutgardis[1], ducissa de Bruneswich, consenciet factis nostris infra prenotatum terminum viva voce. Quod si factum non fuerit, intrabimus Honovere non exituri, nisi de domini episcopi Hildensemensis fuerit voluntate. Datum Honovere anno Domini millesimo CC°. LXXX° tercio, XVII°. Kal Januarii.[2]

(Siegel abgefallen.)

Königl. Archiv.

***49. Biſchof Volquin von Minden errichtet auf Anſuchen des Herzogs Otto und der Parochianen der Marktkirche aus einem Theile der Parochie dieſer Kirche eine neue Pfarre zu St. Spiritus. Minden, 1284. Februar 12.**

Volquinus[1*] Dei gratia Mindensis ecclesie episcopus omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino sempi-

[9]) Gedruckt in Sudendorf's Urkundenbuch zur Geſchichte der Herzöge von Braunſchweig u. Lüneburg I, n. 99.

[1]) Lutgardis, Tochter des Grafen Gerhard von Schauenburg.

[2]) Abgedruckt bei Scheidt, Codex diplomaticus zu Moſer's Einleitung in das Braunſchw.-Lüneburgiſche Staatsrecht S. 757. n. LXXXIX. b. u. Sudendorf, Urkundenbuch der Herzöge von Braunſchweig u. Lüneburg I, n. 101.

[1*]) Volquinus, Graf von Schwalenberg, war Biſchof von Minden von 1275—1293. Er ſtarb am 4. Mai 1293.

Digitized by Google

ternam. Petitio illustris principis domini Ottonis ducis Brunsvicensis, militum et popularium de parrochia ecclesie sancti Georgii in Honovere nobis exhibita continebat, quod, cum divino munere populus ipsius parrochie adeo pullulasset, quod ambitus ipsius ecclesie non posset ipsos recipere, nec rector ipsis sufficeret pre multitudine congrue ministrare ecclesiastica sacramenta, nos providere curaremus eisdem, quod fieret ipsius parrochie divisio, et apud Sanctum Spiritum apud ipsos nova crearetur parrochia propter necessitatem et commoditatem hujusmodi populorum. Nos igitur ipsorum precibus inclinati apud Sanctum Spiritum in Honovere novam creamus et ordinamus parrochiam, dividentes ipsam ab ecclesia sancti Georgii supradicti, ita quod homines morantes a porta, que ducit ab oppido[2] usque ad urbem, et usque ad parvum Wlveshorn cum capella leprosorum[3] et hominibus sitis extra muros et Bruylonem[4] ad ipsam novam parrochiam debeant pertinere et ibidem sepiliri et recipere omnia ecclesiastica sacramenta, nec propter hoc nova parrochia quicquam de agris, possessionibus et juribus prioris matricis sue ecclesie vendicare contendat. Jus vero patronatus apud ducem[5] et ejus heredes remaneat, et archidiaconus loci[6] habeat ibidem synodalia et omnia jura sua, hoc excepto, quod ipsi parrochiani ad ecclesiam sancti Georgii ad synodum conveniant, nec in ecclesia sancti Spiritus archidiaconus debeat synodo presidere. Porro in recompensam divisionis hujus-

[2]) Dieſes Thor der Neuſtadt (oppidum) heißt ſonſt auch Valva Brulonis (ſ. Urk. v. 3. Febr. 1301. n. 77.). Grupen (Origg. et Antiqq. Hanov. S. 370) macht es wahrſcheinlich, daß daſſelbe etwa der Roßmühle gegenüber gelegen habe. Roßmühle, Ballhofſtraße, Kaiſerſtraße, kleine Packhofſtraße (parvus Wulveshorn) bilden noch jetzt, nachdem die St. Spiritus-Kirche 1333 in die Kreuzkirche verlegt worden, die Gränze der Kreuzkirchen-Parochie gegen die Marktkirchen-Parochie.

[3]) die St. Nicolai-Capelle vor dem Steinthore.

[4]) Noch jetzt gehört die ehemalige Ortſchaft Vorort zur Parochie der Kreuzkirche.

[5]) Erſt im Jahre 1296 ſchenkte Herzog Otto das Patronat der St. Spiritus-Kirche dem Rathe zu Hannover.

[6]) d. h. der Archidiaconus zu Pattenſen, zu deſſen Bezirk Hannover gehörte.

Digitized by Google

modi, ne ledatur matrix ecclesia, consules et cives in Honovere infra sex annos sex talentorum redditus ipsi ecclesie sancti Georgii sitos prope Honovere ad dimidium miliare comparare debebunt et infra singulos sex annos eosdem ecclesie sepedicte sex talenta debebunt exsolvere, tria in festo pasche, donec, ut supra dictum est, iidem redditus comparentur. Hec quippe ordinatio et divisio de consensu et voluntate dilectorum in Christo Conradi archidiaconi [7] et Annonis rectoris loci ejusdem [8] facta sunt, et in signum hujus sigilla eorundem una cum sigillo nostro presentibus sunt appensa. Datum Minde sabbato post Circumdederunt, anno Domini M°. CC°. LXXXIIII. [9]

(Anhängend zwei Siegel an roth- und gelbseidenen Schnüren und eins an rothseidener Schnur.)

Stadt-Archiv.

*50. Herzog Otto von Braunschweig gestattet den Pfarrern zu St. Spiritus die Dispositionsbefugniß über ihr sämmtliches Vermögen. 1284. Februar 23.

Dei gratia Otto dux de Brunswich omnibus hoc scriptum visuris salutem. Notum esse volumus tam futuris, quam presentibus, quod nos ob petitionem militum et burgensium in Honovere talem damus gratiam et libertatem plebanis Sancti Spiritus nunc et in perpetuum ibidem commorantibus, quod bona eorundem mobilia seu immobilia, tam in vita, quam in morte, cuicumque voluerint, poterunt erogare, precipientes advocatis nostris, necnon omnibus mandatis nostris obaudire volentibus, ne quis ipsorum jam dictos plebanos in tali libertate et gratia audeat molestare. In hujus rei evidens testimonium presentem cartulam sigilli nostri munimine duximus roboran-

7) nämlich zu Pattensen; das hier anhängende Siegel Conrad's (von Wardenberg) hat die Umschrift: S. CONRADI DECAI. ECCE. MINDEN.

8) Das Siegel Anno's hat die Umschrift: S. ANNONIS CANTORIS ECCE. MINDENSIS. Vgl. auch die Urkunde von 1289. n. 53.

9) Abgedruckt bei Moser V, 237.

Digitized by Google

dam. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX°. quarto, VII° Kalendas Marcii. *1

(Siegel des Herzogs.)

Stadt-Archiv.

*51. Der Rath zu Minden bezeugt, daß in der Stadt Hannover das Mindenſche Stadtrecht von Alters her gegolten habe. 1285. Auguſt 24.

Universis hanc litteram inspecturis consules civitatis Mindensis subscriptorum memoriam retinere. Recognoscimus et tenore litterarum presentium publice protestamur, quod cives de Honovere omne jus sue civitatis ab antiquis temporibus usque in hodiernum diem a nostra civitate Mindensi requirere ac accipere consueverunt [1]. In cujus rei testimonium presens scriptum super hoc confectum et perpetuo duraturum ipsis dare decrevimus, sigilli nostre civitatis munimine roboratum. Datum in die beati Bartholomei apostoli, anno Domini M°.CC° LXXX°. quinto. [2]

(Siegel der Stadt Minden.)

Stadt-Archiv.

*1) Abgedruckt bei Moſer V, 236.

1) Seit wann das Mindenſche Recht in Hannover gegolten, iſt ungewiß. Das dritte Buch des älteſten Stadt-Copialbuches, das vom Mindenſchen Recht handelt, beginnt mit den Worten: Cum dominus noster dux Johannes nostrum invocaret subsidium, dedit nobis jus civitatis Mindensis. Eine dieſe Behauptung beweiſende Urkunde iſt jetzt nicht mehr vorhanden, in der Urk. n. 46. vom 10. Febr. 1282 beſtätigt Herzog Otto den Bürgern „jus, quod a nostris progenitoribus possidere videbantur"; eine namentliche Beſtätigung des Mindenſchen Rechts findet ſich nur in einem Privilegium des Herzogs Wilhelm vom 10. December 1357. Daß die Stadt Hannover ſchon vor der Beſtätigung des Herzogs Johann ſich nach Mindenſchem Rechte gerichtet habe, kann nur aus der vorliegenden Urkunde und zwar aus den Worten „ab antiquis temporibus usque in hodiernum diem" bewieſen werden.

2) Abgedruckt bei Grupen, Disc. for. S. 753. — Vaterl. Archiv 1844. S. 159.

Digitized by Google

52. Vertrag der Stadt Celle mit der Stadt Hannover wegen Berücksichtigung der Forderungen Hannoverscher Bürger bei dem Verkaufe von Victualien an Waldschmiede. 1288, Oct. 7.[1]

*a.

Nos Helmoldus Sartor, Johannes Speleken, Ekehardus Calcifex et Christianus de Brotgadem, consules in Cellis, ceterique cives ibidem recognoscimus in hiis scriptis, quod decrevimus cum burgensibus de Honovere, quod nullus civium nostrorum debet amministrare vel vendere cibaria alicui nemorano fabro[2], qui suevit fabricare burgensibus de Honovere et ad nostros cives se convertit, nisi prius suis creditoribus in Honovere accommodata persolverit universa. Si quis vero ex nostris civibus, postquam sibi innotuit fabrum illum teneri burgensibus supra dictis in debitis accomodatis, presumpserit eidem vendere sua cibaria vel res alias quascumque, aut debet mox cessare ab amministracione hujusmodi vel solvere debitum, quod suus creditor de Honovere a fabro illo duxerit exigendum. In cujus rei testimonium hanc literam nostro sigillo fecimus roborari. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX°. octavo, in vigilia sancti Dyonisii.[3]

(Siegel der Stadt Celle.)

Stadt-Archiv.

b.

Nos Bertoldus Flutemann, Johannes Stothebrucke, Bertramus Sutor, Lendericus Cerling, Hermannus Juvenis, con-

[1]) Weshalb über dieselbe Sache zwei fast gleichlautende Urkunden an demselben Tage von verschiedenen Consuln derselben Stadt ausgestellt sein mögen, ist nicht klar. Wenn etwa die Aussteller der einen Urkunde zum alten, die der anderen aber zum neuen Rathe gehörten, so fällt es doch auf, daß von diesem Verhältnisse in den Urkunden selbst nichts erwähnt wird.

[2]) Fabri nemorani, Waldschmiede, waren Leute, die den zwischen Hannover und Celle häufig vorkommenden Raseneisenstein zu Eisen verarbeiteten. Noch jetzt finden sich Spuren dieser Eisengewinnung in Schlacken ꝛc. Vgl. Steffens, Histor. und diplom. Abhandl. S. 84 f.

[3]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 155 (mit dem Siegel). — Steffens, Histor. u. diplom. Abhandl. S. 77 f. — Vaterl. Archiv 1844. S. 157 f.

Digitized by Google

sules de Zcellis, recognoscimus in hiis scriptis, quod decrevimus cum civibus de Honovere, nullum burgensium nostrorum debere amministrare vel vendere cibaria alicui nemorano fabro, qui suevit fabricare dictis civibus in Honovere et postea ad nostros burgenses se convertit, nisi prius suis creditoribus de Honovere acomodata persolverit universa. Si quis vero ex nostris burgensibus, postquam sibi innotui. fabrum illum teneri civibus supradictis in debitis acomodatis, presumpserit eidem vendere sua cibaria vel quascumque alias res, aut debet mox cessare ab amministratione hujusmodi vel solvere debitum, quod a fabro illo suus creditor duxerit exigendum. In hujus rei testimonium hanc litteram nostre civitatis sigillo fecimus consignari. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXVIII°, in vigilia Dyonisii.[1]

Aelteſtes Stadt-Copialbuch N. XIII. p. 25.

***53. Anno, Cantor der Kirche zu Minden und Pfarrer zu St. Georgii in Hannover, und der Rath zu Hannover fordern zu Almoſen für das Hospital St. Spiritus auf. Hannover, 1289. Juni 15.**

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Anno, Dei gratia Mindensis ecclesie cantor et plebanus Sancti Georgii in Honovere, necnon consules civitatis ejusdem salutem et obsequium ad omnia benivolum et paratum. Divino promovente auxilio ad honorem sancti Spiritus ac beate Marie perpetue virginis domum infra muros civitatis nostre construximus, ut in ipsam domum ceci, claudi et alii pauperes ac debiles recipiantur et, quamdiu debiles fuerint, ibidem enutriantur et viatores pauperes hospitentur, quorum egestati et indigenciis quia ad plenum per nos subvenire non sufficimus propter dampna nobis crebro incendiis ac aliis infortuniis adveniencia, ex maturo

1) Abgedruckt im Vaterl. Archiv 1844. S. 155 f.

Digitized by Google

consilio statuimus et deputavimus presentem nuncium, cujus fidelitas apud nos commendatur, ut colligat elemosinas fidelium in subsidium pauperum prefatorum. Unde omnes, qui propter Deum et nostrum obsequium promoverint ipsum, quia verus est nuncius, in die judicii terribilis et districti mercedem a Deo recipient et nobis in hoc amiciciam et favorem exhibebunt graciosum et utique promerendum. Attendat igitur unusquisque fidelis, quam pium et quam eximium opus misericordie sit egenis et oppressis succurrere, et de substantia sibi a Deo collata aliquantulum dicte domus pauperibus studeat impertiri. Omnibus enim benefactoribus eorundem pauperum venerabiles patres dominus Otto Mindensis[1] episcopus XL[a] dies, dominus Henricus Kuronensis[2] episcopus XL[a] dies, dominus Thetwardus Sambiensis[3] episcopus XX dies, dominus Hermannus Caminensis[4] episcopus XL[a] dies, dominus Symon Palburnensis[5] episcopus XL[a] dies et karenam, dominus Theodericus Wirinensis[6] episcopus XXX[a] dies, dominus quoque Ghiselbertus archiepiscopus Bremensis[7] XL[a] dies et dominus Volquinus nunc Mindensis episcopus XL[a] dies de injuncta sibi penitencia misericorditer relaxarunt, et idem dominus Volquinus episcopus indulgenciam datam ab aliis episcopis ratificat et confirmat. Datum Honovere anno Domini M°. CC°. LXXX°. nono, in die Viti. Hanc litteram hac de causa

1) Otto I Biſchof von Minden von 1266—1275.

2) Biſchof von Curland um 1254. Lübecker Urkundenbuch Nr. 213.

3) Nach dem Lübecker Urkundenbuch Nr. 184 u. 220 ſtellte Th. episcopus Sambie (Samland) eine Urkunde im April 1252 zu Lübeck und eine andere im Juni 1255 zu Wismar aus. Die Herausgeber des Lübecker Urkundenbuchs, und nach ihnen Mooyer in ſeinem Verzeichniſſe der deutſchen Biſchöfe, ergänzten Th[eodericus]; aus dem Obigen erhellt, daß Th[etwardus] ergänzt werden muß. 1257 kommt ſchon Henricus episcopus Sambiensis vor; von Dreger, Codex dipl. Pomer. I, p. 399.

4) Hermann war Biſchof von Camin 1251—1288.

5) Simon I von der Lippe war Biſchof von Paderborn 1247—1277.

6) ſ. die Urkunde von 1265. Nr. 31.

7) Giſelbert von Bronkhorſt war Erzbiſchof von Bremen 1273—1306.

renovari fecimus[8], quia antiqua ex fractione sigillorum et obscuritate littere extitit viciata.[9]

(Siegel der Stadt Hannover.)

Stadt-Archiv.

*54. Biſchof Siegfried von Hildesheim ſchenkt den Minoriten das Obereigenthum eines Hausplatzes in Hannover. Hildesheim, 1291. September 5.

In nomine Domini Amen. Sifridus, Dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus, omnibus in perpetuum. Filius Dei Deus, qui et filius hominis, homo Deus, dum in diversorio nascitur et in via, dum natus in eo, nec habens locum in eo, pannis vilibus involutus, feno sibi sternente cubiculum, reponitur in presepi, pauperes suos in se paupere prefigurat, qui deinde apud Deum patrem et apud homines sapiencia proficiens et etate, predicationis virtute preclarus ac miraculorum operatione prefulgidus vitem se fidelibus suis fecit, cujus vinum in torculari passionis expressit, cujus eciam palmites in vinea propagavit, vineam ipsam excolens et a mari usque ad mare propagines ejus extendens, terminis ejus in quatuor mundi finibus dilatatis. Cum igitur plantator idem et vindemiator ac vinitor Christus Jesus vineam hanc, ecclesiam videlicet suam, novis semper palmitibus innovet et extendat, nunc novos quosdam palmites ac teneros, modicos et paucos, fratres Minores videlicet, in civitate Honovere, Mindensis dyocesis, cujus proprietas ad nos et ad ecclesiam nostram pertinet[1], dignatus est imprimere terre sue, quos speramus et credimus per ipsius gratiam in vineam fructiferam propagandos in ipsius laudem et gloriam, in multorum quoque profectum pariter et salutem. Nos igitur odore suavi fratrum ejusdem ordinis continue recreati, eundem speciali favore in Domino

[8]) Die Erneuerung ſcheint gegen Ende des XIII. Jahrhunderts vorgenommen zu ſein.
[9]) Abgedruckt bei Moſer V, S. 241 ff.
[1]) in Folge des Vertrages mit Herzog Otto 1283. Nr. 47.

Digitized by Google

prosequentes ac ipsius dilatationem plenis semper desideriis affectantes, omnibus, tam posteris, quam presentibus, facimus manifestum, quod religionis zelo ducti, quam et plantare cupimus et fovere, felici predictorum fratrum Minorum in memorata civitate Honovere congregationi de consensu ac beneplacito capituli nostri proprietatem aree, quam nunc inhabitant[2], et siquas imposterum pro construendis aut ampliandis suis edificiis cooperante Largitori omnium comparaverint, plene ac libere presencium facultate conferimus, ut orationum et bonorum operum, in quibus predicti fratres ad laudem Dei omnipotentis vigilantes omni tempore corpore et animo se exercent, participes fieri mereamur. In cujus facti nostri testimonium presens scriptum non solum nostro, sed eciam capituli nostri sigillo duximus roborandum. Actum et datum Hildensem anno Domini M°. CC°. XCI°, Nonis Septembris, pontificatus nostri anno duodecimo.

(Anhängend die Siegel des Biſchofs und des Stifts.)

Stadt-Archiv.

*55. [Hannover,] 1291. Dec. 13. R

Ego Herebordus de Mandeslo universis cupio esse notum, quod Thidericum de Mandeslo[1] dictum Eylering ab omni jure proprietatis, quod in eo habui, dimisi penitus

[2]) In der Hohmeiſter'ſchen Chronik der Stadt Hannover (Bibliothek zu Wolfenbüttel, Extravagantes n. 91, 13) findet ſich zum Jahre 1292 die Notiz: Theodericus et Eberhardus de Alten concesserunt libertatem domus ad aedificandum fratribus Minoribus in Honover. Wenn die in dieſen Worten angedeutete Urkunde und die vorliegende Urkunde des Biſchofs Siegfried ſich beide auf das nachherige Minoriten-Kloſter an der Leinſtraße beziehen, muß die erſtere wohl auch dem Jahre 1291 angehören. In Lerbeck's Chron. episcop. Mind. 36 (bei Leibniz, Scriptt. rer. Brunsvic. II. p. 188.) heißt es: Hujus (Conradi II) praesulatus tempore, anno videlicet Domini MCCLXXXVIII, domus fratrum Minorum apud opidum Honover fundatur. Nach Mooyer iſt Conrad II von Wardenberge erſt im Juni 1293 Biſchof von Minden geworden, und bekleidete dieſe Würde 2 Jahre lang.

[1]) Mandelsloh, Kirchdorf Amts Neuſtadt a/R.

Digitized by Google

liberum et solutum. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXXI°, in die sancte Lucie, presentibus Conrado Feysan, advocato in Honovere, et magistro Conrado, doctore scolarium ibidem.[2]

Königl. Archiv.

56. Hannover, 1292. R

Ego Johannes de Escherde renuntio omni juri, quod michi in decima Liveste[1] competebat. Hujus protestationis renunciationem feci coram omnibus rectoribus ecclesiarum Honovere et omnibus militibus, quorum presentia haberi poterat illa vice, et coram consulibus civitatis. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo.

Aus Würdtwein's Subs. Dipl. Tom. XI, pag. 132. n. C.*)

57. Der Rath zu Hannover befreit die Mönche zu Loccum von den von ihren Häusern in der Stadt zu leistenden Abgaben und Lasten, mit Ausnahme der Nachtwachen und der Meinwerke (Burkore). 1293. Nov. 18.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, consules civitatis Honovere salutem in eo, qui salvat omnes in ipsum sperantes. Tenore presentium recognoscimus, quod de beneplacito concivium nostrorum

[2]) In einer Urkunde des Grafen Johann von Wunstorf vom Jahre 1300 (bei Würdtwein, Nova subsidia diplomatica IX, S. 105 f.) wird dieser Conradus rector scholarum Honoverensis civitatis ebenfalls genannt. In einer Barsinghäuser Urkunde vom Jahre 1302 (Scheidt, Vom Adel, Mantissa docum. S. 567 f.; von Lodenberg, Calenb. Urkundenbuch, Barsinghausen n. 83.) heißt er bloß magister Conradus de Honovere clericus. Von 1309—1315 wird er als rector ecclesiae S. Georgii genannt, und heißt auch als solcher noch magister. — Die Urkunde ist abgedruckt im Calenberger Urkundenbuche, Marienwerder Nr. 70.

[1]) Leveste, Kirchdorf Amts Wennigsen.

*) Daselbst findet sich unter Nr. XCIX eine vom Herzog Otto von Braunschweig am 28. Mai 1292 zu Hannover ausgestellte Urkunde über denselben Gegenstand, worin der Herzog den Johann von Escherde „fidelis noster castellanus" nennt.

Digitized by Google

dominos Luccenses absolvimus ab omni debito, quod de curia sua[1] et de duobus macellis suis in civitate nostra Honovere sitis ac etiam de curribus suis civitati nostre hactenus facere consuerunt, excipientes, quod noctium vigilias ordine suo, cum eis indicte fuerint, et minuta statuta civilia, que vulgariter dicuntur »burkore«, cujusmodi sunt mercedes fossorum et vigilium, prout burgenses nostri ceteri observabunt; verum ab omni exactione et pecuniarum mutuatione, quas quandoque in nostros cives facere nos oportet, eos volumus esse liberos et immunes, adicientes, quod, si in curia, quam nunc possident, aliquod edificium ex novo instaurare voluerint, eadem benivolentia libertamus. Domini vero Luccenses predicti pro hac libertate et gratia dabunt nobis annis singulis unam marcam Bremensem in festo sancti Michaelis jugiter persolvendam. Ad perhennem hujus rei memoriam hanc literam appensione sigilli nostre civitatis duximus roborandam. Datum anno Domini M°,CC°.XCIII°, in octava Martini.[2]

Nach dem Registr. monast. Lucc. p. 92. n. CCCCLXX. und p. 160, Anhang n. 42.

***58. Herzog Otto von Braunſchweig beſtätigt einen zwiſchen dem Rector der St. Gallen-Capelle auf der Neuſtadt Hannover und dem Probſte Hermann zu Marienwerder abgeſchloſſenen Tauſchcontract über Grundſtücke. Hannover, 1294. Mai 21.**

Dei gratia nos Otto dux [de] Brunswic et de Lunenburg omnibus, quibus presens scriptum fuerit exhibitum, volumus esse notum, quod . . . . . [rector capelle] sancti Galli in Honovere fecit quandam commutationem cum Hermanno preposito de Insula juxta Honovere, omni . . . . . capille beati Galli jam antiquitus pertinebant, recipiens pro eisdem duos mansos in s . l[1*] . . . . . vol . . . .

[1]) der jetzige Loccumer Hof.
[2]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov., S. 298. — Moſer V, S. 245 f.
[1*]) vielleicht: in Selesse (Seelze, Amts Linden).

Digitized by Google

..... Insula claustri jam predicti cum omni jure, quod dictum claustrum habuit in eisdem. N[os au]tem dictam commutationem cum [predictis] fidelibus probantes esse bonam ac rationabilem, predictos duos mansos in Lett[er]e cum omni libertate ac propriet[ate], quam capella beati Galli supradicta in ipsis habuerat, claustro sepedicto dedimus eternaliter possidendos. Ut autem hec nostra donatio sive dictarum ecclesiarum rationabilis permutatio firma et inviolabilis imperpetuum perseveret, presens scriptum jam sepe dicto claustro de Insula dedimus sigillo nostro firmiter roboratum. Datum Honovere anno gratie millesimo CC°. nonagesimo quarto, XII. Kalendas Junii.[2]

(Siegel abgefallen.)

Königl. Archiv.

59. Hameln, 1294. Nov. 21.

Nos Hinricus[1] dux de Bruneswic, necnon Otto dux in Bruneswic et Luneburg protestamur, quod composicionem et unionem inivimus amicabilem in hunc modum, quod nullus nostrum contra alium aliquid inimicicie seu rancoris vite nostre temporibus attemptabit. Ut autem hec premissa firma a nobis et inviolabiliter observentur, nos Hinricus dux munitionem nostram Hamelen obligavimus patruo*[2] nostro Ottoni, nos vero Otto dux munitionem nostram Honovere vice versa predicto patruo nostro, duci Hinrico, modo simili obligavimus, ita quod, quicumque nostrum premissa firmiter non observaverit, observans non observantis municionem, quam obligavit, pro recompensa perpetuo retinebit. Datum Hamelen anno Domini M°. CC°. nonagesimo quarto, proximo die dominico ante festum beate Katerine virginis.[3]

Nach Sudendorf.

[2]) Abgedruckt im Calenberger Urkundenbuche, Marienwerder Nr. 77. Die Urkunde ist durch Moder stark angegriffen.

[1]) Heinrich der Wunderliche (mirabilis) erhält aus der Theilung der Welfischen Erblande das Fürstenthum Grubenhagen und stirbt 1322.

*[2]) i. e. patrueli.

[3]) Vollständig abgedruckt bei Sudendorf, Urkundenbuch zur Gesch. der Herzöge von Braunschweig und Lüneburg I, n. 129.

Digitized by Google

60. Der Rath zu Hannover erklärt sich damit einverstanden, daß von den Urtheilen des Hofes zu Nowgorod aus nach Lübeck appellirt werden dürfe. 1295. Oct. 22.

Universis presentium receptoribus consules ac universitas burgensium in Hanovere[1] sinceri affectus plenitudinem. Notum facimus et recognoscimus tenore litterarum presentium lucide protestantes, quod honorandis viris, amicis nostris dilectis, burgensibus civitatis Lubicensis, in eo jure, quo ipsi et nos ac universi mercatores in curia Nogardensi usi et gavisi sunt hactenus, assistere volumus et adesse, videlicet ut si aliquis mercator in eadem curia se in suo jure gravatum cognosceret vel sentiret, quod pro recuperacione sui juris ad nullum alium locum nisi ad civitatem Lubicensem respectum habere debeat et recursum. In cujus rei evidens testimonium sigillum nostrum commune presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo CC° nonagesimo quinto, in crastino undecim milium virginum.[2]

Nach dem Lübecker Urkundenbuche.

61. Verzeichniß der Städte, welche von dem Gerichtshofe zu Nowgorod an die Stadt Lübeck appelliren sollen. Um. 1295.

Iste sunt civitates, que solent et tenentur appellare a curia Nogardensi ad civitatem Lubicensem: Colonia, Tremonia, Padeburnen, Minda, Lymego, Lippia, Hervordia, Huxaria, Magdeborgh, Hallis, Brunswich, Goslaria, Hildensem, Honovere, Lüneborgh, Rozstock, Stralessund, Wismaria, Gripeswald, Kylo, Stadium, Riga, Dantzeke, Elbingho.*[1]

Nach dem Lübecker Urkundenbuche.

1) In der Originalurkunde wird hier höchst wahrscheinlich Honovere gestanden haben, da die Schreibart Hanovere im 12. und 13. Jahrhundert von Fremden selten, von den Stadtschreibern jedoch nie angewendet worden ist.

2) Abgedruckt in dem Urkundenbuche der Stadt Lübeck, Thl. I, S. 577. No. 641, 3. nach einem Copialbuche.

*1) Abgedruckt in dem Urkundenbuche der Stadt Lübeck, Thl. I, S. 578. No. 642. nach einem auf der Treſe befindlichen Pergamentſtreifen. S. auch G. F. Sartorius, Urk. Geſchichte des Urſpr. der deutſchen Hanſe II, S. 184.

Digitized by Google

*62. Herzog Otto von Braunſchweig geſteht der Stadt Hannover das Patronatrecht über die Kirche St. Spiritus zu. Hannover, 1296. Jul. 13.

In nomine Domini amen. Dei gratia Otto dux de Bruneswic et Luneborch omnibus in perpetuum. Ad noticiam tam futurorum, quam presentium, volumus pervenire, quod nos propter Deum necnon animarum, nostre videlicet et progenitorum nostrorum, salutem donavimus hospitali sancti Spiritus in Honovere et consulibus ibidem, tutoribus ejusdem hospitalis, jus patronatus ecclesie sancti Spiritus supradicti, ut, cum dictam ecclesiam vacare contigerit, jus habeant eandem ecclesiam conferendi. In cujus rei testimonium et ut hec a nostris heredibus firma permaneat donatio, hanc literam nostro sigillo fecimus roborari. Actum et datum Honovere anno Domini M°.CC°.XC°. sexto, die beate Margarete, presentibus fidelibus nostris Ekehardo canonico Sancti Blasii in Bruneswic, notario nostro, Thiderico quoque de Althen et Everhardo fratre suo, Gevehardo de Bortvelde, Bertoldo de Reden, militibus, aliisque quam pluribus fide dignis.[1]

(Das anhängende Siegel des Herzogs iſt beſchädigt.)

Stadt-Archiv.

*63. Graf Johann v. Wunſtorf ſchenkt dem Hospitale St. Spiritus zwei Hufen Landes in Wevelſen. 1297. Aug. 1.

Nos Johannes Dei gratia comes de Wunstorp[1*] recognoscimus in hoc scripto, quod proprietatem duorum mansorum sitorum in Wevelsen[2] hospitali sancti Spiritus in Honovere donavimus propter Deum. In cujus rei testimonium hanc literam nostro sigillo fecimus roborari.

[1]) Abgedruckt bei Schlegel, Churhannöverſches Kirchenrecht IV, S. 519. — Vaterl. Archiv 1844. S. 163 f.

[1*]) Johann I. Graf von Roden und Wunſtorf, † 4. April 1334.

[2]) Die Länderei von Wevelſen wird jetzt von Herrenhauſen aus bebaut; vgl. die Urk. v. 28. April 1364.

Digitized by Google

Datum anno Domini M°.CC°.XC°.VII°, die ad vincula Petri.[3]

(Anhängend das Siegel des Grafen.)

Stadt-Archiv.

64. Notiz über die im Kampfe gegen Herzog Otto von Braunschweig gefallenen Hannoverschen Ritter und Bürger. 1297. Sept. 25.

Anno Domini M°.CC°.XCVII°, VII. Kalendas Octobris obierunt Volkmarus de Goddenstede et Hermannus de Dassle, milites, necnon Henricus de Bredeleghe, Conradus de Empne, Daniel Broneke, Johannes Rôdeman, Johannes servus Adolfi de Rintelen, Thidericus de Hildensem, Thidericus Kluchting, magister Henricus de Brunsvic, Johannes Tilcappe, Albertus Snathorst, Johannes de Dolghen et alii in universum XXXVIII, famuli et burgenses in Honovere, qui occisi sunt pro libertate et defensione civitatis nostre, quorum anime requiescant in pace, et dabitur stipa perpetue omni sexta feria ante festum nativitatis beati Joannis [baptiste].[1]

Aus dem Vetus cop. pag. 9.

*65. Herzog Otto von Braunschweig versöhnt sich mit der Stadt Hannover und ertheilt derselben neue Privilegien. 1297. Oct. 23.

Dei gratia nos Otto dux de Bruneswic et Luneborch universis, ad quos presens scriptum pervenerit, volumus

[a]) Abgedruckt bei Leyser, Hist. com. Wunst. S. 50 f. (S. 27 der ersten Ausg.) — Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 91. — Moser V, S. 250.

[1]) In dem Copialbuche nicht deutlich zu erkennen. Grupen ergänzt evangeliste, allein nach dem von ihm selbst citirten liber memoriarum ist baptiste zu lesen. Es heißt dort: Feria quinta ante festum Johannis baptiste peragetur memoria dominorum Volcmari de Goddenstat militis et ceterorum interfectorum pro libertate opidi Honoverensis, et scriptor consulatus dicti opidi dabit plebano 6 witte etc. Auch im Vaterl. Archiv ist irrig evangeliste ergänzt worden. — Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 136. — Vaterl. Archiv 1844, S. 132 f. — Pertz, Monum. Germ. hist., SS. XVI, S. 432.

Digitized by Google

esse notum, quod super dissensione inter nos et civitatem nostram Honovere mota[1] rectam et firmam compositionem ordinatam nos et heredes nostri dicte civitati volumus inviolabiliter observare, concedentes eidem civitati nostre ex gratia speciali, quod, quicumque homo ob spem gratie ad ipsam venerit vel bona sua illuc induxerit[2], is aut bona hujusmodi liberam ibidem habeant securitatem, et ut bona inducta ipsi inductori vel suis reddantur heredibus expedite. Murum eciam incboatum, secundum quod consulibus ejusdem civitatis expedire videbitur, favebimus et promovebimus confirmari[3]. In cujus rei testimonium hanc literam nostro sigillo fecimus communiri. Actum et datum presentibus nobili viro[4] domino Gerhardo, comite de Halremunt, domino Ekehardo canonico Lubicensi, prothonotario nostro, necnon domino Thiderico de Walmede, domino Johanne de Golturne, domino Thiderico de Monte, domino Burchardo[5] de Cramme, domino Rotgero de Gustede et domino Gevehardo de Bortvelde, nostris fidelibus, anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo, die beati Severini confessoris.[6]

(Großes Siegel des Herzogs.)

Stadt-Archiv.

[1]) Die Urſachen dieſes ernſtlichen Zwiſtes ſind nicht beſtimmt anzugeben. Vgl. übrigens Gruber in den Origg. Guelf. III, S. 52 f. Anmerk. kk; Scheidt in den Anmerkungen und Zuſätzen zu Moſer's Einleitung S. 332 f. und in der Anmerk. zu dem Codex diplomaticus zu dieſem Werke, S. 756, und Havemann, Geſchichte der Lande Braunſchweig und Lüneburg I, S. 458.

[2]) Eine zweite gleichfalls mit dem großen Siegel des Herzogs verſehene Ausfertigung hat introduxerit ſtatt illuc induxerit.

[3]) Die zweite Ausfertigung hat consummari.

[4]) nobili viro fehlt in 2.

[5]) Borchardo in 2.

[6]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antt. Hanov. p. 136 sq. — [Scheidt] Codex diplom. zu Moſer's Einleitung in das Braunſchw.-Lüneburg. Staatsrecht, S. 758. n. LXXX, a. — Vaterl. Archiv 1844, S. 150 f. — Pertz, Monum. Germ. hist., SS. XVI, S. 432. not. 4.

Digitized by Google

*66. Verzeichniß der Adlichen, welche sich für den Herzog Otto wegen der Sühne mit der Stadt Hannover verbürgt haben. 1297. Oct. 25.

Anno Domini M°.CC°.XCVII°. feria sexta ante festum Symonis et Jude isti promiserunt post dominum ducem civitati Honovere compositionem et sonam ordinatam inter ipsum et civitatem suam predictam ipsum inviolabiliter servaturum: Dominus Gerhardus comes de Halremunt, dominus Thidericus de Monte, dominus Burchardus de Cramme, dominus Thidericus de Walmede, dominus Aschwinus de Walmede, dominus Ludolfus de Escherte, dominus Thidericus de Escherte, dominus Rotgerus de Gustede, dominus Thidericus de Althen, dominus Gevehardus de Bortvelde, dominus Johannes de Golturne, dominus Artusus de Golturne, dominus Conradus Holtgreve, dominus Everhardus de Rethen, dominus Conradus de Sudersen, dominus Thidericus de Stochem; Henricus de Horenberge, Olricus de Ilthene, Johannes de Negenburnen, Hartmannus de Lathusen, Henricus de Welberge. — Item isti adhuc promittent: Dominus Everhardus de Althen, dominus Wilbrandus et dominus Bertoldus de Reden, dominus Hermannus Cnigge, dominus Wicbrandus et dominus Bertrammus de Hareboldessen, dominus Luderus de Hanense; Thidericus de Hereberge [1], Henricus de Volkersen. [2]

Stadt-Archiv.

[1]) Im Jahre 1300 wohnten die Gebrüder von Herbergen in Hannover; eine daselbst am 29. Sept. 1300 ausgestellte Urkunde beginnt: Nos Otto sacerdos et Th[idericus] et Johannes et Henricus fratres dicti de Herbergen, existentes in Honovere, etc. (s. Hodenberg, Calenberger Urkundenbuch, Barsinghausen Urk. 81, S. 59.)

[2]) Auf einem Stückchen Pergament ohne weitere Bezeichnung von scheinbar gleichzeitiger Hand. Die Vornamen sind stark abgekürzt. — Abgedruckt bei Pertz, Monum. Germ. hist., SS. XVI, p. 432 sq. — Grupen hat die Notiz aus dem ältesten Stadt-Copialbuche mit vielen Abweichungen abgedruckt Origg. et Antiqq. Hanov. S. 140. Vgl. auch Vaterl. Archiv 1844, S. 153 f.

Digitized by Google

*67. **Graf Otto von Oldenburg verbürgt ſich dafür, daß Herzog Otto von Braunſchweig den mit der Stadt Hannover geſchloſſenen Vergleich halten werde. Burg Delmenhorſt, 1297. Nov. 8.**

Otto Dei gratia comes de Oldenborch[1] omnibus hoc scriptum visuris notum esse volumus, et tenore presencium publice protestamur, quod nos pro inclito principe, domino Ottone duce de Lunenborch sive de Brunswic, dilecto genero[2] nostro, in eadem fidejussione, qua ceteri fidejussores civitati de Honovere steterint, stare volumus et stamus ex parte compositionis facte inter ipsum ducem ac civitatem memoratam. In cujus rei testimonium presenti pagine nostrum sigillum duximus apponendum. Datum in castro nostro Delmenhorst anno M°.CC°. nonagesimo septimo, die beati Willehadi.[3]

(Anhängend das Siegel des Grafen.)

Stadt-Archiv.

*68. **Graf Johann von Oldenburg verbürgt ſich dafür, daß Herzog Otto von Braunſchweig den mit der Stadt Hannover abgeſchloſſenen Vergleich halten werde. Oldenburg, 1297.**

Johannes[1*] Dei gratia comes in Aldemborg omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino. Noverint universi has litteras inspecturi, quod super discordia sive werra, que inter nobilem virum, dominum Ottonem ducem de Lunenborg, ex una parte et civitatem Honovere ex altera vertebatur, compositionem firmam cum principibus et aliis terrarum nobilibus dicte civitatis consulibus promittimus in

[1]) Otto V, Graf von Oldenburg und Delmenhorſt, 1262—1301.

[2]) Nach Einigen war Graf Otto zum zweiten Male mit des Herzogs Otto jüngſter Schweſter Helena verheirathet; dies kann jedoch nicht diplomatiſch nachgewieſen werden. Daß der Brudersſohn des Grafen Otto, Johann II, mit einer anderen Schweſter des Herzogs Otto, Eliſabeth, vermählt war (ſ. v. Halem, Oldenb. Geſch. I, S. 238 Note), könnte gleichfalls Veranlaſſung zu der Bezeichnung gener ſein.

[3]) Abgedruckt bei Rehtmeier, Chron. S. 1838. — Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 137. — Moſer V, 247 f. — Vaterl. Archiv 1844, S. 151 f.

[1*]) Johann II, Graf von Oldenburg, 1272–1305.

Digitized by Google

hiis scriptis presentibus publice protestantes. Datum Aldemborg anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo.[2]

(Siegel des Grafen.)

Stadt-Archiv.

*69. Herzog Otto von Braunschweig versichert die Stadt Hannover seines Schutzes. Celle, ohne Jahr (vielleicht 1297?).

Dei gratia Otto dux de Bruneswic et Lunenburch fidelibus suis burgensibus universis in Hanovere salutem et bone voluntatis affectum. Vestra noverit discretio, quod vos, prout de jure tenemur honorare, in omnibus, quibus possumus, defendere volumus et tueri, nec admittere volumus, quod nostri advocati vos offendant in aliquo seu perturbent. Quicumque vero aliud dixerit, illi credere non debetis, quia falsum[1] profert et dicit. Hoc presentibus protestamur. Nos enim faciemus, que vestrum commodum resspiciunt et honorem. Datum Ztellis.*[2]

(Großes Siegel des Herzogs.)

Stadt-Archiv.

*70. Vertrag der Stadt Hildesheim mit der Stadt Hannover über das Verfahren in Betreff der von ihren Bürgern contrahirten Schulden. 1298. Oct. 9.

Nos consules de Hildensem recognoscimus, quod amici nostri, domini consules de Honovere, nobiscum et nos cum eis ita placitavimus: Quicumque dederit suas patentes literas super aliquibus debitis, quod illas sine aliqua contradictione debet inviolabiliter observare. Item quicumque tenetur alteri in debitis, pro quibus ipsum evidenter extiterit prosecutus, illa debita sibi dabit et exsolvet, aut pro-

[2]) Abgedruckt bei Rehtmeier, S. 1837 f. — Grupen, Origg. et Antt. Hanov. S. 137 f. — Moser V, S. 248. — Vaterl. Archiv 1844, S. 152.

[1]) fassum in der Urkunde.

*[2]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antt. Hanov. S. 141. — Vaterl. Archiv 1844, S. 154 f.

Digitized by Google

inde in sua amicicia permanebit. Item quicumque tenetur alteri solvere, pro quibus non est passus querimoniam, ille faciet jus aut amiciciam, pro quibus fuerit incusatus. Nos quoque cuilibet burgensi de Honovere de quocumque nostro burgensi querimoniam moventi secundum jus civitatis nostre plenam justiciam fieri procurabimus, et idem domini consules de Honovere nostris burgensibus de suis facient vice versa. Item dicimus, si aliquis ex illis de Honovere veniret huc, vel aliquis ex nostris veniret Honovere, qui tenetur solvere, ille potest pro suis debitis occupari, et ille pro eisdem debitis respondebit. Item nemo inter nos debet alium pro alienis debitis occupare. Item si aliquis advocatorum dominorum nostrorum aliquem vel aliquos ex nobis molestaverit, pro eo nullus nostrum debet alium occupare, sed quivis pro altero, nos pro ipsis et ipsi pro nobis debent intercedere bona fide. In cujus rei testimonium hanc literam nostro sigillo fecimus roborari. Datum anno Domini M°.CC°.XC°.VIII°, die beati Dyonisii.[1]

(Siegel der Stadt.)

Stadt-Archiv.

71. Hannover, 1299. Jul. 26.

Nos Reynerus et Johannes et Henricus fratres dicti de Almborst universis cupimus esse notum, quod omni juri in bonis sitis in Oldendorpe[1*] pure renunciavimus dictaque bona ecclesie in Overenkerken dimisimus. In cujus rei testimonium hanc litteram sigillo domini Ludoldi militis dicti de Escherte, tunc temporis advocati in Honovere, quia proprium non habemus, procuravimus roborari. Actum et datum Honovere anno Domini M°.CC°.XCIX°, in crastino beati Jacobi, presentibus

[1]) Mit dem Siegel abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 156 f. — Einer zweiten Ausfertigung fehlt die Angabe des Ausstellungstages.

[1*]) Hessen-Oldendorf.

Digitized by Google

dicto domino Ludoldo de Escherte, domino Thiderico de Althen, domino Ludero de Hanense, domino Johanne Cannen, domino Everhardo de Rethen, militibus, necnon domino Rabodone, plebano in Linden, ac Thiderico de Althen et Conrado Feysan.[2]

Nach Capaun.

72. Der Rath zu Hannover bezeugt, daß der Bürger Bernhard Haverbecker sein Haus dem Kloster Loccum verkauft habe. [Hannover,] 1299. Sept. 25.

Nos consules in Honovere Bernhardus Meyer, Hermannus Seldenbut, Hermannus de Rinthelen, Gyseko de Lubeke, Ludolfus Lucekini, Arnoldus de Screle[1], Burchardus Theze*[2], Johannes de Lapidea Domo, Boldewinus Unzel, Henricus Coppernegere[3] recognoscimus tenore presentium publice protestantes, quod Bernhardus Haverbeker, noster comburgensis, et filius suus, dominus Rychardus sacerdos et Jutta, uxor ejusdem Bernardi, domum suam coram nobis domino Lefhardo, abbati in Locken[4], ac suo conventui pro LX marcis Bremensis argenti pure et sine conditione aliqua vendiderunt. Ut autem hec rata maneant, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CC°.XCIX°, sexta feria post Mauritii.[5]

Nach dem Loccumer Copialbuch n. 479, und dem Registr. monast. Lucc. des Königl. Archivs p. 93 n. CCCCLXXVI.

2) Nach Capaun's Obernkirchenschem Urkundencopiar abgedruckt in der Zeitschrift des histor. Vereins für Niedersachsen 1850, S. 324 f. — Wippermann, Urkundenbuch des Stifts Obernkirchen n. 98.

1) geschrieben für Scerle, s. d. Urk. vom 22. Mai 1308.

*2) In einer Urkunde vom 20. Mai 1292 sind Zeugen: Johannes de Domo Lapidea, Borchardus Thezonis, Bernhardus Meyer, Arnoldus de Minda, burgenses in Honovere, und in einer Urkunde vom 6. Juli 1293: Johannes de Lapidea Domo, Johannes Comes, Burchardus Theyzonis filius, Arnoldus de Minda, burgenses civitatis Honovere; Marienroder Urkundenbuch n. 80 und 83.

3) vielleicht Copperslegere. Hinricus Cuprifaber erscheint unter den Consuln des Jahres 1311.

4) Lefhard I, genannt Dog, war Abt zu Loccum von 1295 oder 1296—1312.

5) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 299.

Digitized by Google

***73. Graf Gerhard von Hoya verbürgt ſich dafür, daß Herzog Otto von Braunſchweig den mit der Stadt Hannover geſchloſſenen Vergleich halten werde. Hoya, 1299. Nov. 2.**

Gherardus Dei gratia comes in Hoya discretis viris et honestis consulibus ceterisque civibus civitatis Honovere, quicquid potest promotionis et honoris. Pro perfecta et integrali compositione facta inter dominum nostrum, ducem Ottonem Luneburgensem, et vos de discordia et inimicitia, que inter vos exoso animo mota fuit, vobis promittimus, quemadmodum alii principes et nobiles promiserunt, et sicut inter predictum dominum nostrum et vos exstitit placitatum. In cujus rei testimonium vobis erogamus presens testimonium litterarum. Datum Hoye anno Domini M°.CC°.XC°. nono, in crastino omnium sanctorum.[1]

(Reiterſiegel des Grafen.)

Stadt-Archiv.

***74. Graf Otto von Hoya verbürgt ſich dafür, daß Herzog Otto von Braunſchweig den mit der Stadt Hannover geſchloſſenen Vergleich halten werde. Nienburg, 1299. Nov. 2.**

Otto Dei gracia comes in Hoya discretis viris et honestis consulibus et civibus civitatis Honovere, quicquid potest promotionis et honoris. Super perfecta et integrali compositione facta inter dominum nostrum, ducem Ottonem Luneburgensem, et vos de discordia et inimicitia, que inter vos exoso mota fuit animo, vobis promittimus, quemadmodum alii principes et nobiles promiserunt, et sicut inter predictum dominum nostrum et vos exstitit placitatum. In cujus rei cautelam vobis erogamus presens testimonium literarum. Datum Nighenborch anno

[1]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 138 f. (mit dem Siegel). — Vaterl. Archiv 1844, S. 152 f. — v. Hodenberg, Hoyer Urkundenbuch VIII, n. 115.

Digitized by Google

Domini M°.CC°.XC°. nono, in crastino omnium sanctorum.[1]

(Siegel des Grafen.)

Stadt-Archiv.

75. Hannover, 1300. März 28.

Ludolfus de Esscherte, miles, salutem. Cum dominus Tidericus de Alten, miles, monasterio in Betzingerode*[1] quatuor mansos indecimales, sitos in Anderten[2], olim vendidisset, et postmodum Johannes, quondam filius Everhardi de Alten, filii dicti domini Thiderici, dictum monasterium super dictis quatuor mansis impetisset et coram illustri principe, domino meo Ottone, duce de Luneborch, in causam traxisset, et idem dominus meus dux causam hujusmodi michi, tunc temporis advocato in Honovere, comparuisset, dictus Johannes renunctiavit omni juri in eisdem et eos dicto monasterio dimisit. Cujus rei testes sunt mecum sepedictus dominus Thidericus et dominus Everhardus fratres de Alten, dominus Wilkinus de Staden, dominus Luderus de Hanense, dominus Everhardus de Reten, milites, necnon Olricus de Iltene, Conradus Feysan, Gyseco de Lubeke. Actum et datum Honovere, anno Domini millesimo trecentesimo, secunda feria proxima ante Palmas.[3]

Cop. Marienrod. I, n. 240c.

[1]) Abgedruckt bei Rehtmeier, Chron. S. 1838. — Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 139 f. (mit dem Siegel). — Moser V, S. 248 f. — Vaterl. Archiv 1844, S. 153. — v. Hodenberg, Hoyer Urkundenbuch VIII, n. 114.

*[1]) So hieß ehemals das später Marienrode benannte Kloster bei Hildesheim.

[2]) Anderten, Kirchspiels Kirchrode, Amts Burgdorf.

[3]) Abgedruckt in dem Marienroder Urkundenbuche n. 122.

Digitized by Google

76. Der Hannoverſche Rathsherr Conrad von der Neuſtadt überträgt eine Rente von ſechs Schillingen, welche er den Fabrik-Regiſtern der Kirchen St. Egidii und St. Spiritus ſchuldet, von einem Hauſe auf ein anderes. 1300. Jun. 29.

Nos consules in Honovere tenore presencium publice protestamur, quod constitutus coram nobis Conradus de Nyenstadt, socius nostri consulatus, pensionem sex solidorum monete nostre erogate ad fabricam ecclesiarum beati Egidii et sancti Spiritus nostre civitatis in quadam domuncula, que Denkeres tornatoris fuerat, in curia sua totali, idem consul cum consensu heredum suorum provisoribus, qui oldermanni dicuntur, earundem ecclesiarum, tres solidos in festo Michaelis et residuos tres in festo pasce percipiendos demonstrabat quovis anno. Cum autem dictus consul et sui heredes predictas pensiones in alia domo seu domuncula, predicte domuncule eque bona, et[1] ecclesiarum fabricam comparaverint, jam dicta curia erit libera et soluta pensionibus. In cujus rei testimonium nostre civitatis sigillum presentibus duximus appendendum. Datum anno Domini M°.CCC°, in festo beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Aus Moſer V, S. 252 f.

76b. Auszug aus einem Wölpiſchen Lehnregiſter.*[1]

Hir is dat lenghud bescreven, dat in de herschupp tor Wolppe horet des hertoghen:

[1]) ſoll heißen: ad.

*[1]) Daß dies Lehnregiſter nach einem zu Ende des 13ten oder zu Anfang des 14ten Jahrhunderts aufgeſtellten Regiſter angefertigt worden, geht daraus hervor, daß die meiſten Lehnleute, welche darin aufgeführt werden, kundbar zu dieſer Zeit gelebt haben; vgl. hierüber B. Chr. von Spilcker, Geſchichte der Grafen von Wölpe und ihrer Beſitzungen S. 278, wo ein noch ſpäterer Auszug dieſes Lehnregiſters abgedruckt iſt. Auch Cord Vürhake und Johan van dem Steinhus lebten um 1300; wer der Hinrik van Hanovere war, iſt nicht bekannt.

Item Cord Vürhake III koten vor sunte Ylien dore to Honovere unde ene wisch darsulves.

Johan van dem Steinhus de vischerie to Embere[2].

Hinrik van Honovere ene word, de ghift III β muterpenninge.

Königl. Archiv.

[2]) früh ausgegangenes Dorf bei Hannover, von welchem noch jetzt der Emmerberg und der Emmerthorweg den Namen haben.

Digitized by Google

Urkundenbuch der Stadt Hannover.

Zweite Abtheilung.
1301 — 1369.



Digitized by Google

igitized by Google

77. **Eberhard von Alten, Ritter, ſchenkt der Kirche St. Spiritus eine auf einem Platz vor dem Brühl-Thore zu Hannover haftende Rente von 5 Schillingen. 1301. Febr. 3.**

Ego Everhardus miles dictus de Althen universis, ad quos presens scriptum pervenerit, notum esse cupio, quod de consensu et beneplacito Johannis filii mei ceterorumque heredum meorum donavi ecclesie sancti Spiritus in Honovere unam aream sitam ante valvam Brulonis in Honovere valentem singulis annis in redditibus quinque solidos, quorum medietas cedet ad prebendam sacerdotis ibidem, reliqua vero medietas ad usum pauperum hospitalis ob remedium animarum domini videlicet Henrici de Pattenhosen, militis bone memorie, atque mee. In cujus rei testimonium hanc literam meo sigillo feci signari. Datum anno Domini M°.CCCI°, in die beati Blasii.[1]

(Anhängend ein Siegel.)

Stadt-Archiv.

78. **Herzog Otto von Braunſchweig ſchenkt der Kirche St. Spiritus eine Rente von 5 Schillingen, welche auf einem vor dem Brühl belegenen Platze ruht. 1301. Febr. 23.**

Dei gracia nos Otto dux de Brunswik et Luneborch universis, ad quos presens scriptum pervenerit, volumus esse

[1]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 261 (mit dem Siegel). — Moſer V, S. 253 f.

notum, quod propter Deum et preces domini Sichardi[1] de Alten, militis, donavimus ecclesie ad Sanctum Spiritum in Honovere proprietatem unius aree site juxta Honover ante Brulonem, de qua dantur quinque solidi annuatim, quorum medietas cedet sacerdoti ejusdem ecclesie, reliqua vero medietas pauperibus hospitalis ibidem. In cujus rei testimonium hanc literam nostro sigillo fecimus roborari. Datum anno Domini M°.CCC°.I°, in vigilia beati Mathie.

Aus Moſer V, S. 254 f.

*79. Vertrag der Stadt Hannover mit der Stadt Bremen über das Verfahren in Betreff der von ihren Bürgern contrahirten Schulden. 1301. Jun. 9.

In nomine Domini amen. Consules de Honovere omnibus in perpetuum. Noverint universi, ad quos presentes litere pervenerint, quod ad conservandas concordiam et amiciciam, que dudum viguerant inter civitates, Bremensem scilicet et Hanovere, propter bonum commune civitatis utriusque, discretioribus nostris consultis, decrevimus, quod nullus burgensium nostrorum possit vel debeat cives Bremenses vel nuncios suos aut bona ipsorum arrestare vel aliquo modo alio impedire pro debitis alienis, nisi prius manifestum esset dominis consulibus Bremensibus et aliis bonis hominibus, quod creditori fuisset in civitate Bremensi justicia denegata. Preterea si dominus archiepiscopus Bremensis aut aliquis advocatorum vel hominum suorum alicui burgensium nostrorum in persona vel rebus suis dampna aliqua irrogaret, idem burgensis noster vel aliquis alius nomine suo non posset nec deberet cives Bremenses aut nuncios suos vel bona ipsorum propterea arrestare vel modo quolibet impedire, sed per se vel literas nostras dominis consulibus Bremensibus necessitatem suam exponere, et extunc dicti domini consules, necessitate sua cognita, pro refusione dampnorum hujusmodi fideliter,

[1]) Nach der vorhergehenden Urkunde vom 3. Februar 1301 ſcheint hier Everhardi geleſen werden zu müſſen.

Digitized by Google

sicut de ipsis presumimus, suis precibus laborare. In quorum omnium testimonium has literas nostro sigillo fecimus roborari. Datum anno Domini M°. CCC°. primo, quinto Idus Junii. [1]

(An einem Pergamentſtreifen hängt das gut erhaltene Siegel der Stadt Hannover.)

Ereſe zu Bremen.

80. Vergleich der Stadt Bremen mit der Stadt Hannover über denſelben Gegenſtand. Bremen, 1301. Jun. 16.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentia pervenerint, consules civitatis Bremensis geste rei notitiam cum favore. Noveritis, quod nos ad conservandas concordiam et amicitiam, que dudum viguerant inter civitates, Honovere scilicet et Bremam, propter bonum commune civitatis utriusque, discretioribus nostris consultis, decrevimus, quod nullus burgensium nostrorum possit vel debeat cives de Honovere vel nuntios suos aut bona ipsorum arrestare vel aliquo modo alio impedire pro debitis alienis, nisi prius manifestum esset consulibus de Honovere et aliis bonis hominibus, quod creditori fuisset in civitate Honovere justitia denegata. Preterea si dominus dux Luneburgensis aut aliquis advocatorum vel hominum suorum alicui burgensium nostrorum in persona vel rebus suis dampna aliqua irrogaret, idem burgensis noster vel aliquis alius nomine suo non posset nec deberet cives Honoverenses aut nuncios suos vel bona ipsorum propterea arrestare vel modo quolibet impedire, sed per se vel literas nostras consulibus de Honovere necessitatem suam exponere, et extunc dicti consules, necessitate sua cognita, pro refusione dampnorum hujusmodi fideliter, sicut de ipsis presumimus, suis precibus laborare. In quorum omnium testimonium sigillum nostre civitatis predicte duximus presentibus apponendum.

[1] Mittheilung des Dr. Ehmck zu Bremen. — Abgedruckt bei Caſſel, Urkunden von einigen Verträgen, welche die Stadt Bremen mit etlichen Hanſeſtädten aufgerichtet, S. 7 f.

Digitized by Google

Datum Breme anno Domini M°. CCC. primo, in crastino sancti Viti.[1]

(Anhängend ein Siegel.)

Stadt-Archiv.

81. Die Stadt Bremen vereinbart sich mit der Stadt Hannover wegen Schlichtung ihres Streites. Bremen, 1301. Jun. 16.

Universis presencia visuris seu audituris consules civitatis Bremensis salutem in Domino. Noveritis, quod nos compositionem ordinatam super dissensione inter civitates Bremensem et Honovere ventilata ratam volumus observare, cujus forma talis est: Si aliquis burgensium de Honovere voluerit incusare Johannem Balistarium, servum civitatis nostre, idem Johannes sub juramento satisfaciet illi aut juramento suo suam innocenciam expurgabit, et id coram nobis factum eciam[1*] nostris literis consulibus de Honovere studebimus intimare; preterea bona civium de Honovere in civitate nostra arrestata dimittemus libera et soluta, et sit sopita discordia inter predictas civitates invicem agitata. Cives de Honovere vel nuncii eorum ad civitatem nostram sepedictam[2] secure cum rebus suis, quandocumque voluerint, poterint se transferre; quos[3] nos et nostri concives honorare volumus, sicud antea, et in omnibus, quibuscumque valuerimus, promovere. Datum Breme anno Domini M°. CCC°. primo, in crastino sancti Viti.[4]

Copiarium s. XV. im Königl. Archiv S. 231.

***82. Hermann Seldenbut, Bürger in Hannover, schenkt dem Kloster Marienwerder drei Hufen in Stöcken mit einer Wiese. Hannover, 1301. Jul. 18.**

Ego Hermannus Seldenbut, civis in Honovere, universis, ad quos presentes littere pervenerint, cupio esse notum,

1) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antt. Hanov. S. 157 f. (mit dem Siegel). — Vaterl. Archiv, 1844. S. 156 f.

1*) esse Moser; est Rehtmeier.

2) supra dictam Moser und Rehtmeier.

3) conferre quod Moser; conferre, quos Rehtmeier.

4) Abgedruckt bei Rehtmeier, Chron. S. 1838. — Moser V, S. 255 f.

Digitized by Google

quod de consensu et beneplacito Megthildis, uxoris mee, necnon Henrici et Hermanni, filiorum meorum, donavi monasterio beate Marie virginis de Insula propter Deum et animarum mee et dicte M., uxoris mee, salutem tres mansos sitos in Stochem [1] cum prato et omni jure alio attinenti. In cujus rei testimonium has litteras meo sigillo feci signari. Actum et datum anno Domini M°. CCC°. primo, XV°. Kalendas Augusti, Honovere in domo mea, presentibus bonestis viris domino Hermanno, dicti monasterii preposito, necnon domino Olrico, plebano in Sueglede [2], et magistro Conrado de Honovere, clerico [3], Gysecone quoque de Lubeke, Arnoldo de Minda ac Ludolfo de Ilthene, burgensibus civitatis sepius nominate, et aliis.

(Anhängend ein Siegel.)

Königl. Archiv.

83. Der Rath zu Hannover bezeugt, daß die Wittwe des Bürgers Reiner Vlemine den Prediger-Mönchen zu Hildesheim einen Theil ihres Hausplatzes geschenkt habe, worauf sie schon früher ein Schlafhaus erbaut hatten. 1302. Jan. 6.

Nos consules pro tempore in Honovere recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod Mechtildis, relicta Reyneri dicti Vleminc, nostri quondam concivis, pro remedio anime sue et suorum carorum partem aree sue [1*] fratribus ordinis Predicatorum domus Hyldensimensis, in qua sibi antea dormitorium construxerant de elemosina bonorum hominum, contulit in nostra presentia libere in perpetuum possidendam. In cujus donationis testimonium presentes literas nostro sigillo fecimus roborari. Actum

[1]) Stöcken, Kirchspiels Marienwerder, Amts Hannover.
[2]) Schwiecheldt, Kirchdorf Amts Peine.
[3]) Derselbe erscheint als Zeuge mit Bernhardus Meyer und Boldewinus Uncel in einer Urkunde vom 26. Febr. (richtiger 19. März) 1302 im Calenberger Urkundenbuch, Barsinghausen n. 83.
[1*]) Ob das hier erwähnte Grundstück zu dem nachherigen Pewelerhofe gehört hat, ist nicht klar. Vgl. die Urk. vom 6. Juli 1318. — Grupen hat auf den Rücken der Urkunde geschrieben: „Physicat-Hof."

Digitized by Google

et datum anno Domini M°. CCC°. secundo, in epyfania Domini.[2]

(Siegel der Stadt.)

Stadt-Archiv.

84. Der Rath zu Hannover trifft Beſtimmungen über die Befähigung zur Aufnahme in das Hospital St. Spiritus. 1302. Mai 2.

Nos pro tempore consules in Honover recognoscimus publice in his scriptis, quod pro utilitate Sancti Spiritus civitatis Honover solliciti de maturo consilio discretiorum nostrorum decrevimus, ut nullus de cetero in idem hospitale recipiatur, nisi fuerit adeo debilis et infirmus, quod virtutem non habeat gradiendi; verum si idem vires recuperaverit, ita quod ire et stare poterit, amoveatur, ut alii debiles et infirmi possint eo melius procurari. Et ne hujusmodi nostra perpetuo valitura constitutio ab aliquo valide infringi possit, presentes literas nostro sigillo fecimus roborari. Actum et datum anno Domini M°. CCC°. secundo, in crastino apostolorum Philippi et Jacobi.

Nach einer Abſchrift des Bürgermeiſters B. Hohmeiſter in dem Corpus bonorum des Hospitals St. Spiritus, Vol. I. (MS.)

*85. Herzog Otto von Braunſchweig ſchenkt dem Hospitale St. Spiritus das Obereigenthum einer halben Hufe Landes vor dem Dorfe Liſt (Amts Hannover). Hannover, 1304. Septbr. 14.

Dei gracia Otto dux de Bruneswic et de Luneborch omnibus, ad quos presentes pervenerint, salutem et memoriam rei geste. Noveritis, quod recepta resignacione ab Hildemaro de Oberghe, milite, ob remedium anime nostre proprietatem dimidii mansi in campo ville List siti cum bonis ad illum pertinentibus, quem idem miles a nobis in pheodo tenuit, nos donavimus hospitali sancti Spiritus in

[2]) Die Urkunde iſt zerſchnitten. — Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 330. — Moſer V, S. 257 f.

Digitized by Google

Honovere perpetuo possidendum; quod nostro sigillo declaravimus ad majorem evidenciam hujus rei. Datum Honovere anno Domini millesimo CCC°. quarto, in exaltacione sancte crucis.[1]

(Siegel [mit Rückſiegel[2]].)

Stadt-Archiv.

86. Auszug aus dem Lehnregiſter des Bisthums Minden. 1304—1320.

Hec sunt bona feodalia, que procedunt ab ecclesia Mindensi:

33. Tydericus miles de Alten dimidietatem decime in Honovere, decimam in Herdhere, quatuor mansos in Thandertam, quinque mansos in Bornem*[1], in Honovere decem mansos et quatuor homines.

41. Reynhardus miles de Vornholte dimidietatem decime in Honovere, decimam in Schoyde, curiam in Riclinghe, decimam de novali in Tunderen*[2], et alia, que ignoramus.

58. Johannes de Nova Civitate — talentum in redditibus in Renneberghe — et duas casas in Renneberghe[3] jure feodali.

146. Hermannus Seldenbut dimidiam curiam in Erne[4].

157. Wernerus de Pattenhusen I casam in Welkenborch.

161. Dominus Luderus de Hanense II mansos in Rolegben et mansum cum dimidio in Welsete et pratum in Embere[5].

214. Hermannus, Tidericus et Adolfus, fratres de Rin-

[1]) Abgedruckt bei Moſer V, 259.

[2]) Genau beſchrieben bei Leyſer, Commentatio de contrasigillis medii aevi (Helmst. 1736.) S. 43.

*[1]) Erder, Wüſtung bei Limmer; Anderten, A. Burgdorf; Bornum, A. Linden.

*[2]) Scheie bei Bückeburg, Nicklingen bei Hannover, Tündern bei Hameln.

[3]) An beiden Stellen lies: Ronneberghe (Kirchdorf Amts Wennigſen).

[4]) lies: Ernem, Arnum, Kirchſp. Wilkenburg, Amts Hannover.

[5]) Roloven, Kirchſp. Ronnenberg, Amts Hannover; Welsete oder Velcede, Wüſtung zwiſchen Wettbergen und Ronnenberg; Emmer, Wüſtung bei Hannover, am Emmerberge.

telen in Ymene III mansos, in Ydestorpe[6] V mansos et casam.

232. Arnoldus de Emmere dimidium mansum ibidem tytulo feodali.

Anno Domini M°.CCC°.X°, feria secunda post Agathe[7], presedit dominus episcopus feodalibus in aula sua Mindensi, infeodavit.

362. Conradus de Wynnighehusen, miles, habet in Groten Riclingen I casam, in Honovere Ostermersch[8] III prata, in Groten Hiddekestorpe[9] I decimam, — —.

Anno Domini, ut supra, secundus terminus infeodationis.

461. Reynerus de Vorenholte, miles, habet in Honovere dimidiam decimam, in Scoyde decimam, in Hemmie[10] decimam, — —.

Anno Domini M°.CCC°.XII°, feria secunda post octavam pasche[11], proximus terminus feria secunda post octavam penthecostes[12].

608. Henricus dictus Buk in Honovere habet in Herkenblede[13] dimidium mansum.

610. Godefridus Blome habet in Runneberghe I mansum cum dimidio.

634. Relicta quondam Reybardi de Vorenholte militis recognovit, se usufructum habere in bonis tam infra scriptis coram domino episcopo[14] in Lubbeke, presentibus Richardo Vos et Bernhardo militibus de Horst, Hardewico de Engelingeborstele et Borchardo Cruse ac aliis, in Hemmie Majori et Minori II decimas, in Schoyde curiam cum

6) Ihme, Kirchsp. Ronnenberg, Amts Hannover; Ydestorpe ist vielleicht Egestorf, Amts Wennigsen.
7) den 9. Februar.
8) Ostermarsch ist ein Theil der Egidienmarsch; vergl. Grupen, Origg. et Antt. Hanov. S. 73.
9) Hiddestorf, A. Hannover.
10) Hemmingen, A. Hannover.
11) den 3. April.
12) den 22. Mai.
13) Harkenbleck, Kirchsp. Wilkenburg, A. Hannover.
14) Gottfried von Waldeck war Bischof von Minden 1304—1324. — Lübbeke bei Minden.

Digitized by Google

decima, in Honovere dimidiam decimam; de illis II in Hemmie infeodatus est Heyno de Elvede, miles, exspirante usufructu.

Anno Domini M°.CCC°.XX°, feria secunda post purificationem Domine nostre [15].

687. Beata, uxor Johannis de Alten militis, in Honovere dimidietatem decime sub usufructu uxoribus Hildebrandi et Fr. de Lente fratrum —.

722. Item puer [16] Leonis, civis in Honovere, decimam in Stammestorpe [17].

768. Hel[micus] de Orde infeodatus est cum V mansis in Orde [18].

Nach Sudendorf, Urkundenbuch I, n. 184.

867. Graf Johann von Roden und Wunstorf schenkt dem Hospitale St. Spiritus das Obereigenthum eines Hofes zu List, welchen früher Johann von Regenborn von ihm zu Lehen getragen hatte. 1306. Mai 6.

Nos Johannes Dei gracia comes de Roden et de Wnstorpe recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod propter Deum et salutem anime nostre et animarum progenitorum nostrorum dedimus hospitali sancti Spiritus in Honovere proprietatem unius curie site in List et omnium attinentium, quam Johannes de Negenborne a nobis in pheodo tenuerat, perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendam. In cujus rei testimonium magis evidens hanc litteram nostro sigillo fecimus roborari. Datum anno Domini M°.CCC°.VI°, in die beati Johannis ante portam Latinam. [1]

(Siegel des Grafen.)

Stadt-Archiv.

[15]) den 4. Februar.

[16]) Sudendorf giebt piuer. — Albertus Leo de Pattenhusen kommt als Hannoverscher Bürger und consul 1303—1317 vor.

[17]) Stammsdorf ist eine Wüstung zwischen Linderte, Lüdersen und Hiddestorf, wo noch jetzt das Stammsdorfer Holz ist.

[18]) Oerie, Kirchsp. Hüpede, Amts Calenberg.

[1]) Abgedruckt bei Leyser, Hist. com. Wunst. S. 52 f. (S. 29 der 1. Ausg.) mit dem Siegel. — Grupen, Origg. et Antt. Hanov. S. 99. — Moser V, S. 262.

Digitized by Google

*88. Hannover, 1305. Jan. 30. und (Groß-)Neundorf, 1306. Mai 15. R

Ego Hermannus Persek renunciavi omni juri, quod mihi in presenti vel in futuro competere poterat in curia sita in Ebingehusen, quam quidem curiam Borchardus, Bertoldus et Arnoldus dicti Persek, fratres mei, vendiderunt monasterio in Bercingehusen, vendicionem hujusmodi meo consensu ratificans et confirmans. Cui renuntiationi mee interfuerunt testes dominus Johannes de Goltorne, dominus Lodewicus de Endelingeborstolde, dominus Bertrammus de Hareboldessen, dominus Thidericus de Stockem, dominus Everhardus de Reten, milites; Thidericus de Goltorne senior, Hardeke de Endelingeborstolde, Johannes de Iltene, Henricus de Homborstolde. Actum Honovere anno Domini M°.CCCV°, III° Kal. Februarii.

Item vendidi dicto monasterio in Bercingehusen omne jus, quod habui vel in futurum habere poteram in villicatione Homborstolde[1], cum hominibus et advocatia super homines et super bona, et illi juri renunciavi coram nobili viro domino Conrado de Arnem, domino Johanne de Goltorne, domino Wolthero de Cersne, domino Lodewico de Endelingeborstolde ac domino Thiderico de Godenstede, militibus, presentibus domino Bruningo de Endelingeborstolde, canonico Mindensi, domino Rothardo, plebano in Lerebeke[2], domino Vromoldo, in Lutteringehusen[3] rectore, clericis, et domino Conrado de Winningehusen, milite, necnon Rodberto de Cersne, Dethardo de Beldersen, Lamberto de Lancredere et Conrado dicto Buning, famulis. Actum Nendorp anno Domini M°.CCC°. sexto, Ydus Maji.

In quorum omnium magis evidens testimonium hanc litteram sigillo domini Lodewig de Endelingeborstolde predicti, tunc temporis Honovere advo-

1) Hohenbostel, Kirchdorf Amts Wennigsen.
2) Lerbeck, Kirchdorf bei Minden.
3) Luttringhausen, Kirchdorf Amts Wennigsen.

Digitized by Google

rati, quia proprium non habeo, dicto monasterio in Bercingehusen contuli roboratam. Datum anno Domini M°. trecentesimo sexto, Ydus Maji.[4]

Königl. Archiv.

*89. **Die Brüder von Alten reſigniren ihrem Lehnsherrn, Grafen Johann von Wunſtorf, einen vor dem Dorfe Liſt belegenen Kamp zu Gunſten des Hospitals St. Spiritus. 1306. Jun. 13.**

Nobili viro, domino suo dilecto, domino Johanni comiti de Wnstorp, Thidericus major ac Thidericus junior necnon Everhardus fratres dicti de Althen obsequium ad omnia ejus mandata, quam debitum, tam paratum. Nobilitati vestre resignamus per presentes nostro sigillo munitas unum campum situm juxta curiam dictam List, quem a vobis in pheodo tenuimus, dominationem vestram, de qua valde presumimus, supliciter exorantes, quatenus propter Deum et precum nostrarum interventum dignemini proprietatem ejusdem campi, quem nos hospitali sancti Spiritus in Honovere dimisimus, hospitali predicto donare. Datum anno Domini M°.CCCVI°, Idus Junii.[1]

(Anhängend ein Siegel.)

Stadt-Archiv.

*90. **Graf Johann von Roden und Wunſtorf ſchenkt dem Hospitale St. Spiritus das Obereigenthum des in der vorigen Urkunde bezeichneten, vor Liſt belegenen Kampes. 1306. Jun. 15.**

Nos Johannes Dei gratia comes de Roden et Wnstorpe recognoscimus et notum facimus universis, ad quos tenor presentium pervenerit, quod Thidericus major et Thidericus junior et Everhardus fratres dicti de Althen resignaverunt nobis per literas suas unum campum situm juxta List,

[4]) Abgedruckt in v. Hodenberg's Calenberger Urkundenbuch, Barſinghauſen n. 103.

[1]) Abgedruckt bei Leyſer, Hist. com. Wunst. S. 54 (S. 30 der 1. Ausg.). — Moſer V, S. 260.

Digitized by Go

quem a nobis in pheodo tenuerunt. Nos vero, recepta resignatione dicti campi a fratribus supradictis, donavimus proprietatem ejusdem campi hospitali sancti Spiritus in Honovere propter Deum et propter preces ac dilectionem fratrum predictorum perpetuo possidendam. In cujus rei testimonium has literas nostro sigillo fecimus roborari. Actum et datum anno Domini M°.CCCVI°, in festo beati Viti martiris.[1]

(Siegel des Grafen.)

Stadt-Archiv.

*91. Die von Regenborn verkaufen dem Hospitale St. Spiritus einen Hof zur Liſt, deſſen Obereigenthum Graf Johann von Wunſtorf dem Hospitale geſchenkt hat. 1306. Jun. 19.

Nos Johannes et Artusus dicti de Negenbornen recognoscimus in hiis scriptis, quod vendidimus hospitali sancti Spiritus in Hanovere unam curiam sitam in List cum omni jure attinenti, quam a nobili viro domino Johanne, comite de Wnstorp, in pheodo tenuimus, pro sedecim marcis Bremensis argenti, et illam dicto domino, Johanni comiti, resignavimus, qui propter Deum et preces nostras donavit proprietatem ejusdem curie hospitali predicto, prout ipse in suis patentibus literis*[1] protestatur. In cujus rei testimonium presentes literas ego Johannes meo sigillo feci signari; ego vero Artusus, quia sigillum non habeo, sum contentus eodem. Datum anno Domini M°.CCCVI°, in die Gervasi et Prothasi.[2]

(Siegel abgefallen.)

Stadt-Archiv.

[1]) Abgedruckt bei Leyſer, Hist. com. Wunst. S. 54 (S. 30 der 1. Ausg.). — Moſer V, S. 260 f.

*[1]) S. die Urk. vom 6. Mai 1306. n. 87.

[2]) Abgedruckt bei Leyſer, Hist. com. Wunst. S. 53 f. (S. 29 der 1. Ausg.). — Moſer V, S. 261 f.

Digitized by Google

*92. Herzog Otto von Braunſchweig ſchenkt dem Kloſter Marienwerder das Obereigenthum von drei außerhalb des Egidienthores belegenen Grundſtücken. 1307. October 25.

Dei gratia nos O[tto] dux de Bruneswic et Luneborch recognoscimus publice per presentes, quod ob reverentiam Dei et gloriose virginis Marie, matris ejus, donavimus monasterio sancte Marie de Insula proprietatem trium arearum sitarum juxta Honovere extra valvam sancti Egydii, quas Conradus Vurhake[1], opidanus in Honovere, pie donavit monasterio antedicto. In cujus rei testimonium has litteras sigillo nostro fecimus roborari. Datum anno Domini M°. CCC°. septimo, in festo beatorum martyrum Crispini et Crispiniani.[2]

(Siegel abgefallen.)

Königl. Archiv.

*93. Der Rath zu Hannover befreit gegen einen Michaelis-Zins den Marienroder Hof zu Hannover von den meiſten ſtädtiſchen Laſten und Abgaben, um das Kloſter für den behuf des Wächterganges längs der Stadtmauer abgetretenen Raum zu entſchädigen. 1308. Jan. 3.

Bernhardus Meger*[1], Hermannus Seldenbut, Hermannus de Rintelen*[2], Thidericus Tureke, Borchardus Tetce, War-

[1]) Schon 1269 wird ein Ludoldus Vurhake, civis in Honovere, in einer Urkunde des Calenberger Urkundenbuchs, Marienwerder I, n. 47 als Zeuge aufgeführt. Ueber den hier genannten Conradus Vurhake ſ. oben n. 76b. und unten die Urk. vom 22. Mai 1308.

[2]) Abgedruckt bei von Hodenberg, Calenberger Urkundenbuch, Marienwerder n. 96.

*[1]) In einer Barſinghäuſer Urkunde vom 22. Junius 1309 heißt es: Astiterunt etiam in testimonium honesti burgenses in Honovere, cum hec pactio et emptio fieret in cimiterio sancti Georgii dominica die ante nativitatem Johannis baptiste, quorum quedam eorum nomina sunt subscripta: Bernardus Meygher, Hermannus et Theodericus fratres dicti de Rintelen, Johannes Greve, Johannes de Lapidea Domo, Wernerus Monetarius et plures alii fide digni.

*[2]) In dem Liber Burgensium S. 1 findet ſich ein Statut vom Jahre 1303: Item ex qualibet platea duo erunt capitanei, ad quos, si tumultus suscitatus fuerit, homines cujuslibet platee concurrant: in Orientali platea Conradus Roperti et Gyseco

mannus Woltman, Ludolfus Luceke, Johannes[3] et Helmoldus fratres de Lapidea Domo[4], Johannes et Albertus fratres de Nova Civitate et Henricus Seldenbut, nos pro tempore consules in Honovere presentibus recognoscimus ac publice protestamur, quod, cum propter varia ac fortuita vite rerumque pericula municiones civitatis nostre firmare et emendare conaremur, decrevimus per areas plurimorum conburgensium nostrorum murum civitatis contingentes viam juxta murorum ambitum propter vigilias aperiri; verum quia ex hoc consideravimus ecclesiam in Betcingherode, quam plurimo favore prosequimur, nimis lesam, duximus eidem in recompensam gratiam hujusmodi faciendam, videlicet quod ipsa ecclesia singulis annis civitati nostre in festo beati Mychaelis tres fertones Bremensis argenti exsolvet et curia sua, quam in nostra habet civitate[5], cum edificiis desuper nunc constructis et

de Emmere erunt capitanei, in Forensi vero Johannes de Lapidea Domo et Hermannus Seldenbut, in Cobelingensi Albertus Leo et Wernerus Monetarius, in Laginensi platea Hermannus de Rintelen et Arnoldus de Minda. Statt des letzten Namens ist später (jedoch von derselben Hand) Thidericus de Rintelen gesetzt. — S. 2 ist von derselben Hand ein Statut de disciplina servanda in chorea: Quilibet erit curialis et compositus super theatrum in chorea, vel corrigetur a magistris disciplinae ad hoc deputatis, scilicet Gysecone de Luheke, Hermanno de Rintelen, Ludfolfo] Luceken et Henrico Seldenbut.

[3]) Ob Johannes senior oder junior, läßt sich nicht bestimmen, da nach einer Marienroder Urkunde vom 10. Juni 1329 diese Beiden Brüder waren. Es werden dort als Zeugen aufgeführt: Johannes et Johannes de Domo Lapidea, fratres, Johannes de Nova Civitate, Martinus Luceke, Johannes de Rinthelen, Johannes de Stemne, Hermannus de Borchtorpe, burgenses in Honovere.

[4]) Zu bemerken ist hier, daß 1308 noch Brüder zusammen im Rathe sitzen konnten (vgl. auch die folgende Urkunde, wo ebenfalls Hermannus und Thidericus de Rintelen Consuln sind). Im Bürgerbuche findet sich S. 5 unter der Ueberschrift: Anno Domini M°. CCC°. IX°. incipiunt nova statuta civitatis ad utilitatem communium burgensium edita das Statut: Nen vader unde sone, noch twene brodere tosamne moghen wesen ratman enes jares.

[5]) Der Marienroder Hof lag an der Köbelingerstraße und dem Knappen-

Digitized by Google

adhuc construendis, cui eciam conjungimus ac unimus aream Conradi Tedweghinghe, quondam burgensis nostri, cum edificiis in ipsa jam constructis et adhuc construendis, ab exactionibus, contributionibus et petitionibus quibuslibet apud nos orituris, exceptis tantum communibus et minutis justiciis civitatis nostre, sicut sunt pastoralis merces, viarum refectio et similia, libera penitus maneat et soluta. Preterea siqui burgenses nostri domos in ipsa curia jam constructas, sive que in ea edificari poterunt, ad inhabitandum intraverint, hii singuli pro se de bonis suis civitati nostre contribuent et vigilias facient, sicut alii burgenses nostri facere consueverunt; quociens autem domus eedem inhabitate non fuerint, civitas nostra predicta contenta erit unica vigilia de ambabus curiis suprascriptis. Ut autem hec libertas memorate ecclesie rata et immutabilis perpetuis temporibus observetur, presentes litteras inde conscriptas civitatis nostre sigillo signatas ipsi dedimus ad cautelam. Datum anno Domini millesimo CCC°. octavo, in octava beati Johannis apostoli et ewangeliste.[6]

(Siegel der Stadt Hannover.)

Königl. Archiv.

*94. [Hannover,] 1308. Jan. 25.

Hermannus Seldenbut, Hermannus de Rintelen, Borchardus Tetze, Thidericus Thureke, Johannes de Gherdene, Thidericus de Rintelen, Conradus de Nova Civitate, Johannes de Lubeke, Thidericus Luceken, Arnoldus de Scherle, Albertus Leo de Pattenhusen et Johannes de Lapidea Domo junior, nos pro tempore consules in Honovere cupimus esse notum, quod Richardus et

orte; er umfaßte mit den dazu gehörigen Buden die Cataſter-Nummern 57—68 der Leinſtraße.

[6]) Abgedruckt bei Rehtmeier, Chronik S. 1839 f. — Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 53 f. — Moſer V, S. 264 ff. — Marienroder Urkundenbuch n. 151.

Digitized by Google

Rodolfus fratres de Schulenborch[1] et Richardus, filius sororis ipsorum, recognoverunt, se duas curias in Schulenborch prope Honovere sitas vendidisse ecclesie in Insula sancte Marie. Actum et datum coram nobis anno Domini millesimo CCC°. octavo, in conversione beati Pauli, presentibus nobili viro. domino Henrico de Hodenberghe, necnon domino W[i!leki]no de Staden, Thiderico de Alten, Conrado Feysan.[2]

Königl. Archiv.

*95. Eberhard von Alten, Ritter, und dessen Sohn Johann, ebenfalls Ritter, schenken dem Hospital St. Spiritus eine Hufe Landes zu Bolzum (Amts Hildesheim). Wilkenburg (Amts Hannover), 1308. Mai 1.

Ego Everhardus miles dictus de Althen, necnon Johannes filius meus, eciam miles, cum nostris veris heredibus omnibus presens scriptum visuris vel audituris volumus esse notum, quod dedimus proprietatem unius mansi siti in Boltessem pauperibus Sancti Spiritus in Honovere cum omni jure, quod habuimus in eodem. In cujus rei testimonium ego Everhardus miles predictus presentem litteram mei sigilli munimine roboravi. Datum Welekenborgh anno Domini M°.CCC°. octavo, in die Philippi et Jacobi apostolorum.*[1]

(Siegel abgefallen.)

Stadt-Archiv.

1) Ein „Rychardus de Sculenborch" wurde zufolge des Liber Burgensium S. 15 im Jahre 1310 Bürger. Uebrigens ist hier das Dorf Schulenburg im Kirchspiel Engelbostel, Amts Hannover, zu verstehen. Vgl. auch die Urk. v. 25. Jan. 1343.

2) Vollständig abgedruckt in von Hodenberg's Calenberger Urkundenbuch, Marienwerder n. 98.

*1) Abgedruckt bei Moser V, S. 266 f.

Digitized by Google

***96. Graf Johann von Roden und Wunſtorf bezeugt, daß der Bürger Conrad Burhake zu Hannover dem Kloſter Marienwerder drei außerhalb des Egidienthores belegene Häuſer geſchenkt habe. 1308, Mai 22.**

Nos Johannes comes de Roden et Wnisdorpe, ad quos presentia pervenerint, in Christo fidelibus universis publice cupimus esse notum, quod Conradus dictus Vurhake, conpos animi sui, famulus noster olim dilectus, burgensis in Honovere, ex fratrum ejus pleno consensu ob anime sue et animarum omnium parentium suorum eternam salutem monialibus et preposito et ejus capellanis duobus monasterii beate Marie virginis de Insula tres parvas domos extra portam beati Egidii[1] civitatis Honoverensis sitas donavit, triginta duos solidos usualis Honoverensis monete et tot pullos sub annue pensionis solutione valentes, tali sub forma, quod in octava pasce cuilibet dominarum III denarii, preposito VI denarii, ejus capellanis duobus VI denarii, et in octava beati Michahelis iterum cuilibet monialium III denarii et dimidius pullus, domino preposito unus pullus et VI denarii, ejus duobus capellanis unus pullus et VI denarii dicti monasterii debeant erogari et dari. Acta sunt hec presentibus Her[manno] Seldenbut, Her[manno] de Rintele, Ludolfo Luceken, Jo-[hanne] et Con[rado] fratribus de Nienstat, Ar[noldo] de Scerle, H[ermanno[2]] juniori Seldenbut, Jo[hanne] de Lubeke, consulibus in Honovere, et aliis viris quam pluribus fide dignis. In cujus rei memoriam perpetuam firmiorem, ne posteris dubium aliquod oriatur, presens scriptum inde confectum nostro sigillo et dicti monasterii sigillo jussimus roborari. Datum anno Domini millesimo CCC°. octavo, in vigilia ascensionis domini nostri Ihesu Christi.

(Beide Siegel abgefallen.)

Königl. Archiv.

[1]) Vgl. die Urkunde vom 25. Oct. 1307. n. 92.

[2]) In der Urkunde ſteht blos H. Der Beiſatz juniori ſcheint Hermanno zu erfordern; allein nach einer Urkunde vom 13. Jan. 1308 könnte auch Henrico geleſen werden.

Digitized by Google

***97. Herzog Otto von Braunſchweig ertheilt den Pfarrern in Lauenrode und Hannover die Vergünſtigung, über die Güter ihrer Vorgänger nach canoniſchem Rechte zu verfügen, verbietet ſeinen Vögten, Dienern und Leuten, ſich des Nachlaſſes der genannten Pfarrer zu bemächtigen, wogegen ſich dieſe zu Fürbitten für ihn und die Seinen und zu Seelenmeſſen für ihn und ſeine Vorfahren in der Marktkirche verpflichten.**
1309. Jun. 1.

In nomine Domini amen. Dei gracia Otto dux de Brunswich et Luneburgh omnibus in perpetuum ad noticiam tam futurorum quam presencium volumus pervenire, quod, cum secundum jura canonica bona per ecclesiam acquisita ad eam in clericorum obitu devolvantur, ut is, qui in locum defuncti est ordinandus, ea bona sicut alia ipsius ecclesie in Dei timore dispenset, et ut de eisdem bonis debita morientis solvantur, pauperibus quoque et religiosis locis et illis, qui ipsi viventi servierunt, sive consanguinei sint, sive alii, aliqua secundum servicii merita pro morientis desiderio conferantur, nos volentes ob honorem Dei et clericalis libertatis favorem, animarum quoque nostre et progenitorum nostrorum salutem capellanis nostris, videlicet Echardo, Sancti Galli in Lewenrode, Conrado, Sancti Georgii[1], Jacobo, Sancti Egidii[2], et Henrico, Sancti Spiritus ecclesiarum in Honovere nunc rectoribus, ac successoribus eorum in perpetuum libertatem hujusmodi, eis a jure communi concessam, a nobis et a nostris heredibus perpetuis temporibus firmiter observari, inhibemus districte nostre gracie sub obtentu, ne quis advocatorum, servorum vel hominum nostrorum post mortem alicujus rectorum predictorum vel successorum suorum de rebus suis aliquo modo se presumant ingerere, sed eas intactas suo successori ac ultime sue voluntatis executoribus integraliter derelinquant. Dicti vero rectores et

[1]) In ſpäteren Urkunden (1313 und 1315) heißt er magister, weshalb es wahrſcheinlich iſt, daß er der frühere rector scholarium war; vgl. die Anm. zu der Urk. v. 13. Dec. 1291. n. 55.

[2]) S. Grupen, Disceptt. forenses S. 1095 f.

Digitized by Google

eorum successores, non immemores ac ingrati tanti nostri beneficii, pro nobis et uxore nostra et heredibus nostris nobis successuris, tam in vita, quam in morte, jugiter orabunt, et ab isto tempore singulis annis bis in ecclesia beati Georgii convenient et pro requie et salute animarum nostrarum et progenitorum nostrorum utriusque sexus vigiliarum et missarum suffragia Domino sollempniter decantabunt. In cujus rei testimonium presentem litteram nostro sigillo duximus roborandam. Datum anno Domini millesimo trecentesimo nono, infra octavas Trinitatis.[1]

(Siegel an einer roth-seidenen Schnur.)

Stadt-Archiv.

98. Celle, 1309. Jun. 23.

1309, in vigilia Johannis baptistae, fratribus Minoribus in Honover libertatem areae concessit Ottho dux Lunebargensis et Brunsvicensis. Zellis.

Notiz aus einer jetzt verlorenen Urkunde, in P. Hohmeister's handschriftlichen Chronik der Stadt Hannover (Bibliothek zu Wolfenbüttel, Extravagantes 91, 13.).

*99. Herzog Otto von Braunschweig schenkt als Oberlehnsherr dem Hospitale St. Spiritus eine jährliche Abgabe von 12 Schillingen am Wortzins. 1309. Sept. 8.

Dei gratia nos Otto dux de Bruniswik et Lunenborg in Christo fidelibus universis in presenti scripto, perpetuis temporibus duraturo, nostro sigillo munito, volumus esse notum, quod pauperibus hospitalis ecclesie sancti Spiritus nostre civitatis Honovere duodecim solidos in censu arearum*[1], quos dominus Hildemarus miles dictus de Oberge a nobis, et Johannes de Lapidea Domo[2], noster burgen-

[1]) Abgedr. bei Sudendorf, Urkundenbuch zur Gesch. der Herz. v. Br. u. Lün. I, n. 206.

*[1]) Noch jetzt geben die unter Nr. 87 und 123 zur Marktstraße katastrirten Häuser diesen Wortzins; die übrigen sind abgelöst.

[2]) Bei einer am 22. Juni 1309 in cimiterio S. Georgii in Honovere stattgefundenen Verhandlung über den Zehnten zu Hohenbostel

sis dicte civitatis, a domino Hildemaro predicto sub jure tenuit pheodali, cum omni jure et proprietate nobis pertinentibus[2] erogavimus et contulimus propter Deum et ob remunerationis eterne salutem. Datum anno Domini M°.CCC°. nono, in nativitate beate virginis Marie.[3]

(Siegel abgefallen.)

Stadt-Archiv.

***100. Hilmar von Oberg, Ritter, ſchenkt als Lehnsherr dem Hospital St. Spiritus eine jährliche Abgabe von 12 Schillingen am Wortzins, und reſignirt ſolche dem Herzoge Otto von Lüneburg. 1309. Oct. 9.**

Illustri principi excellenti, domino suo O., duci de Luneborch, Hildemarus de Oberghe, miles, ad quevis mandata et servicia se expositum et paratum. Cum ob gratiam sancti Spiritus ac mee anime remedium et salutem reditus duodecim solidorum, quos habui in civitate Honovere in censu arearum, qui in Teutonico dicitur »wortins«, quos quoque domina Hanne de Lapidea Domo et filii sui in dicta civitate commorantes a me in feodo tenuerunt, donaverim hospitali sancti Spiritus in civitate memorata, Vestre excellencie hujusmodi reditus duodecim solidorum, quos ipsos a Vobis in feodo tenui, resigno literam per presentem. In cujus resignationis testimonium hanc litteram mei sigilli munimine roboravi. Datum anno Domini M°.CCC°. nono, in die Dyonisii et sociorum ejus.[1]

(Anhängend ein Siegel.)

Stadt-Archiv.

werden als Zeugen folgende Hannoverſche Bürger aufgeführt: Bernardus Meygher, Hermannus et Theodericus fratres dicti de Rintelen, Johannes Greve, Johannes de Lapidea Domo, Wernerus Monetarius. v. Hodenberg, Calenberger Urkundenbuch, Barſinghauſen n. 111.

2) ſo für pertinentes.

3) Abgedruckt bei Sudendorf, Urkundenbuch zur Geſch. der Herzöge von Br. u. Lüneb. I, n. 207.

1) Mit dem Siegel abgedr. bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 126. — Moſer V, S. 267 f.

Digitized by Go

101. Der Rath der Damm-Stadt zu Hildesheim vereinbart sich mit dem Rathe zu Hannover über das Verfahren in Betreff der von ihren Mitbürgern contrahirten Schulden.[1] 1310. Jan. 4.

Johannes Hymedestorpe, Thydericus de Wynningehusen, Johannes Smalenberg, Johannes domine Sweneken, Bertramus Eylardi, Johannes de Harlessen, nos pro parte consules Dammonis Hildensem recognoscimus et presentibus pupplice protestamur, quod cum providis viris et discretis ac fide dignis consulibus in Honovere placitavimus et in unum amicabiliter convenimus ita, quod una nobiscum et nos cum eis ordinavimus quedam infra scripta firmiter observanda in hunc modum, dicendo inprimis, quod quicumque alteri dederit suas patentes literas super alicujus[2] debitis, quod illas sine aliqua contradiccione seu tergiversacione debet inviolabiliter observare. Item quicumque tenetur alteri, pro quibus ipsum evidenter fuerit prosecutus, debita hujusmodi sibi dabit et persolvet, aut proinde in sua amicicia permanebit. Item quicumque tenetur alteri solvere, pro quibus adhuc nullam querimoniam sustinuit, alter alteri in jure aut amicicia, pro quibus incusatus fuerit, respondebit. Nos quoque cuilibet burgensi in Honovere de quocumque nostro comburgense querimoniam moventi secundum jus universitatis nostre plenam justiciam fieri procurabimus. Et idem consules in Honovere nostris comburgensibus de suis fatient vice versa. Item dicimus: Si aliquem ex illis de Honovere ad nos venire contigerit vel e converso aliquis de nostris ad ipsos pervenerit, qui debita aliqua solvere tenetur, pro debitis hujusmodi occupari non debet, nisi prius jus suum plenarie et notorie querimoniam deferendo consulibus fuerit prosecutus. Item nemo inter nos debet alium per alium[3] pro alienis debitis occupare. Item si aliquis advoca-

[1]) Es iſt dies die Urkunde, wovon es in dem älteſten Stadt-Copialbuche S. 75 heißt: Item litera consulum de Dampmone prope Hildensem de contractu inter eos et consules Honoverenses,
[2]) lies aliquibus.
[3]) per alium iſt wahrſcheinlich irrig eingeſchaltet.

torum dominorum nostrorum aliquem seu aliquos ex nobis molestaverit, pro eo nullus nostrum debet alium occupare; sed quivis pro altero, nos pro ipsis, et ipsi pro nobis debent intercedere bona fide. In cujus rei testimonium sigillum nostre universitatis in Dammone Hildensem presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini M°.CCC°. decimo, pridie Nonas Januarii.[4]

Copiarium S. XV. im Königl. Archiv pag. 235 sq.

102. Erklärung des Biſchofs Siegfried von Hildesheim, daß er in einem Streite zwiſchen den Brüdern von Roden und den Minoriten zu Hannover wegen Erbauung von Häuſern nicht entſcheiden könne. Hildesheim, 1310. März 13.

Sifridus Dei gratia Hildinsemensis ecclesie episcopus universis hanc literam inspecturis salutem in Domino. Orta questione inter Johannem de Roden et fratres suos ex una, et gardianum de Honovere et fratres suos parte ex altera, super quibusdam edificiis in muro fratrum faciendis, compromissum fuit in nos ab utraque parte et fidejussoribus hinc inde vallatum, quod nostram diffinicionem deberent firmiter observare; sed a predicto Johanne instanter nobis fuit supplicatum, ut prefatam questionem relinqueremus indiscussam; quod et fecimus, suadente prima racione, quod et hoc idem ad ultimum placere fratribus videbatur; post hec modico intervallo temporis interjecto venit frater Hinricus, custos fratrum, et a nobis sollicite requisivit, ut ante dictam questionem in jure vel amicicia terminaremus, cui idem Johannes, cum illa vice presens esset, nullatenus voluit consentire. Cum igitur cessante causa cesset effectus, videtur nobis et pluribus, qui aderant, quod fidejussores fratrum a promisso, quod fecerant, sint penitus absoluti, cum a nobis super premissis nichil aliud

4) Abgedruckt bei Sudendorf, Urkundenb. zur Geſch. der Herzöge von Br. u. Lüneb. I, n. 213.

Digitized by Google

pronunciatum fuerit seu discussum. Datum Hildinsem anno Domini M°.CCC°.X°, III° Idus Marcii.

(Siegel des Biſchofs.)

Stadt-Archiv.

*103. Vergleich zwiſchen den Minoriten zu Hannover und den Brüdern von Roden über den Hausplatz der Erſteren an der Leine. 1310. März 19.

Nos frater Heinricus, custos fratrum Minorum custodie Halberstadensis, frater Franciscus, gardianus, ceterique fratres conventus Honoverensis recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod mediante proborum virorum, tam militum, quam burgensium, auxilio et consilio super discordia, que inter nos ex una et Johannem, Lambertum et Ottonem, fratres dictos de Rodhen, ex parte altera ab inimico homine seminata fuerat, talis est amicabilis composicio ordinata, quod videlicet predicti fratres Johannes et Lambertus et Otto propter Deum et animarum suarum et progenitorum suorum remedium remiserunt expresse omnem actionem, quam contra nos habebant occasione loci nostri, quem ab eorum patre, domino Boldewino de Roden, milite bone memorie, quondam emeramus, et muri nostri in aquam ipsorum positi et edificiorum nostrorum, que ultra illum construximus super aquam, et renunctiaverunt plane omni juri, si quod ipsis in illis competere videbatur; faventes nobis modo bene de dictis loco nostro et muro et universis edificiis ad quoscumque usus nostros jam nunc super illum constructis ac etiam de canali coquine nostre adhuc ponendo et extendendo extra murum super aquam tam remote, sicut lubium ad hauriendam aquam factum desuper est extensum, necnon de edificio super novum murum nostrum jam constructum ponendo, si nobis placuerit, et extendendo ultra murum super aquam ad longitudinem quinque pedum, ea tamen conditione, quod cloacas nostras cooperiamus pluteis a summo usque ad aquam et subponamus eis palos in aquam, qui-

bus, ut eo firmius stent plutei, affigantur, et ut predictis edificiis jam constructis vel adhuc construendis contenti nullam cloacam de novo ultra predictum murum super aquam nisi de ipsorum beneplacito construamus; edificia vero predicta jam constructa vel adhuc construenda, si vetustate corruerint vel alio quocumque casu fortuito fracta seu destructa fuerint, possimus, si volumus, in eodem loco, in quo prius steterant, et sicut ante edificata fuerant, libere et licite restaurare. Insuper, si per adjutorium Dei et bonorum hominum subsidium ad ampliandum nostrum locum aliquam aream emeremus, illa transibit ad nos plene cum omni jure edificandi super ipsam, quod venditor habuerat in eadem. Preterea post festum beati Michahelis anni presentis non habebimus ultra navem in aqua contra voluntatem eorum, intimacione tamen de illa extrahenda primitus nobis facta; verum si aliqui ex fratribus nostris voluerint navigio ire, navem trahent vel trahi facient de curia nostra in aquam, et itinere eorum completo, navem iterum retrahent vel retrahi facient in curiam nostram, quandocumque ipsi eis vel nobis hoc fecerint intimari. Nos itaque tam piis eorundem Johannis et fratrum suorum beneficiis grata vicissitudine occurrere et bonis spiritualibus beneficia temporalia nobis ab eis inpensa recompensare salubriter cupientes, preter multa alia bonorum operum suffragia, que consuevimus benefactoribus nostris inpendere, eis et domino Johanni de Rodben et domino Siffrido fratri suo, cognatis ipsorum, ac parentibus suis defunctis assignabimus ex gracia speciali primum altare, quod extra chorum in ecclesia nostra fuerit instaurandum, ad quod altare dicentur singulis septimanis quatuor misse animarum, quamdiu favente Domino ecclesia nostra stabit, et si aliquis eorum in morte sua apud nos elegerit sepeliri, illius corpus faciemus adduci nostris curribus et expensis, si, quod absit, ad tantam inopiam devenerit, quod illud non possit suis sumptibus procurare, dummodo in terra domini nostri ducis de Luneburch vel extra illam ad decem miliaria ab oppido Ho-

Digitized by Google

novere moriatur. Actum et datum Honovere in domo nostra[1], presentibus magistro Conrado, plebano ecclesie sancti Georgii, domino Wasmodo de Cnesbeke, domino Reinhardo de Vorenholte, domino Bertoldo de Redhen, domino Johanne de Rodhen, domino Everhardo de Rethen, domino Olrico de Iltene, militibus, necnon Bernhardo Villico[2] et Johanne de Nova Civitate, burgensibus in Honovere, et aliis quam pluribus fide dignis. Ne igitur dicta discordia amicabiliter nunc sopita ullis nunquam futuris temporibus laborare valeat vicio recidivo, has literas predictorum testium roborare et sigillorum nostrorum ac civitatis Honovere et aliquorum testium premissorum, videlicet domini Conradi, plebani, ac militum, duximus roborandas. Anno Domini M°.CCC°.X°, XIV°. Kalendas Aprilis.

(Anhängend 7 Siegel, 4 Siegel abgefallen.)

Stadt-Archiv.

*104. Vergleich zwischen den Gebrüdern von Roden und den Minoriten zu Hannover über den Hausplatz der Letzteren an der Leine. Hannover, 1310. März 19.

Nos Lambertus, Johannes et Otto, fratres dicti de Roden, recognoscimus et protestamur puplice per presentes, quod super discordia, que inter fratres Minores in Honovere ex una et nos ex parte altera occasione hereditatis nostre vertebatur, talis est amicabilis composicio mediantibus probis viris, tam militibus, quam burgensibus, ordinata, quod nos omnem actionem, quam contra fratres predictos habuimus, expresse remisimus et omni juri, quod nobis videbatur competere in loco et muro et edificiis ipsorum constructis ultra ipsum murum super aquam no-

[1]) dem Minoriten-Kloster, das später zum Schlosse gezogen ist.

[2]) Bernhardus Villicus ist derselbe, welcher in einer Urkunde vom 3. Januar 1308, n. 93, Bernhardus Meyer heißt.

[3]) Mit den 7 Siegeln abgedr. bei Grupen, Origg. et Antiqq. Han. S. 378 f., wo fälschlich die Jahreszahl 1324 Kalendis Aprilis angegeben ist.

Digitized by Google

stram, plane renunciavimus propter Deum et propter nostrarum et progenitorum nostrorum remedium animarum, et favemus eis modo bene de omnibus predictis, videlicet loco, muro et edificiis universis ad quoscumque usus suos desuper nunc constructis. Favemus eciam eis et annuimus, quod canale coquine sue possint ponere et illud extendere extra murum super aquam tam remote, sicut eorum lobium se extendit. Similiter, si voluerint, poterunt super suum novum murum jam nunc constructum edificium ponere et illud extendere ultra illum super aquam ad longitudinem quinque pedum, tali tamen conditione, quod cloacas suas cooperiant pluteis a summo usque ad aqnam et supponant eis palos in aquam, quibus plutei, ut stent eo firmius, affigantur, et [si] illi plutei ceciderint, alii reponantur, ita quod cloace semper sint pluteis cooperte; et ut predictis edificiis jam factis et adhuc faciendis contenti, nullam de novo cloacam ultra predictum murum super aquam nostram edificent, nisi de nostro beneplacito et consensu; edificia vero predicta jam facta vel adhuc construenda, si vetustate corruerint vel alio quocumque casu fortuito fracta seu destructa fuerint, poterunt, si voluerint, in eodem loco, in quo prius steterant, et sicut ante constructa fuerant, libere et licite restaurare; et si aliquam aream emerint, habebunt idem jus edificandi super illam, quod venditor habuerat in eadem. Preterea fratres predicti post festum beati Michaelis anni presentis non habebunt ultra navem in aqua nostra contra voluntatem nostram, set intimatione nostra premissa extrahi faciant de aqua in suam curiam navem suam; verum si aliqui ex ipsis fratribus navigio exire voluerint, trahent vel trahi faciant navim de sua curia super aquam, et itinere eorum completo, navem de aqua trahent vel extrahi facient iterum in suam curiam, cum hoc eis ex parte nostra fuerit intimatum. In cujus nostri beneficii et favoris reconpensam dicti fratres assignabunt nobis et domino Johanni de Rodhen et domino Sifrido, fratri suo, nostris cognatis, et nostris et ipsorum parentibus defunctis primum altare ex-

Digitized by Google

tra chorum, quod in nostra *(sic)* ecclesia fuerit instauratum, ad quod altare dicentur singulis septimanis perpetuo misse IV^or^ pro defunctis, et si aliquis nostrum in morte sua elegerit sepeliri cum eis, illum adduci faciant suis curribus et expensis, si, quod absit, ille ad tantam deveniret inopiam, quod non posset hoc suis propriis sumptibus procurare, dummodo in terra domini nostri ducis de Luneborch vel extra illam infra X miliaria a Honovere moriatur. Ut ergo hec compositio a nobis et nostris posteris rata et inviolabilis observetur, has literas testimonio virorum honestorum, domini Conradi, plebani ecclesie sancti Georgii, domini Wasmodi de Knesbeke, domini Reynardhi de Vorenholte, domini Bertoldi de Redhen, domini Everhardi de Rethen, domini Johannis de Rodhen, domini Olrici de Ilene, militum, Bernhardhi quoque Villici et Johannis de Nova Civitate, burgensium in Honovere, necnon munimine sigillorum, nostri videlicet et civitatis Honovere et omnium testium predictorum, nisi Berhardhi et Johannis, duximus roborandas. Actum et datum Honovere in domo fratrum anno Domini M°.CCC°.X°, XIIII° Kalendas Aprilis, presentibus viris predictis et aliis quam pluribus fide dignis.

(Anhängend 6 Siegel, 3 Siegel sind abgefallen.)

Stadt-Archiv.

***105. Graf Johann von Wunstorf schenkt dem Hospitale St. Spiritus das Obereigenthum von 4 Hufen Landes in Limmer (Amts Linden), welche seine Vasallen von Escherde ihm resignirt haben. 1311. Febr. 10.**

Johannes Dei gracia comes in Wnstorpe[1] omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino. Memoria hominum consulte juvatur, dum geste rei veritas literarum testimonio roboratur. Hinc est, quod tenore presencium publice recognoscimus et testamur, quod honesti

[1]) Eine im städtischen Archiv befindliche zweite Ausfertigung dieser Urkunde hat: comes de Rodhen et Wnstorpe.

Digitized by Google

viri, dominus Hugo, miles, et Johannes, dicti de Escherte, quatuor mansos sitos in Limbere, quos a nobis tenebant in pheudo, nobis libere resignarunt, et inpetraverunt a nobis, quod nos de consensu et beneplacito dilecti filii nostri Ludolfi et aliorum heredum nostrorum ob reverenciam et amorem omnipotentis Dei et gloriose virginis Marie eosdem quatuor mansos ac proprietatem illorum cum omni jure et utilitate ipsorum mera donatione pie donavimus ac per presentes damus hospitali sancti Spiritus in Honovere ad usus pauperum et infirmorum ibidem proprietatis et libertatis titulo perpetuo possidendos, renunciantes in hiis scriptis pro nobis et Ludolfo, filio nostro predicto, et pro omnibus, quorum interest, omni juri, quod nobis et eis in predictis quatuor mansis competebat et quocumque modo posset competere in futuro. Volumus eciam dicto hospitali de eisdem quatuor mansis legitimam prestare warandiam, si, quod absit, litem vel controversiam sibi ab aliquo moveri contigerit et fuerimus requisiti. In quorum omnium evidens testimonium presentem literam inde conscriptam predicto hospitali dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Actum et datum anno Domini M°.CCC°. undecimo, in die beate Scolastice virginis, presentibus domino Bertoldo de Redhen, domino Thiderico de Godenstede et domino Syfrido de Rodhen, militibus, necnon Hermanno et Thiderico fratribus dictis de Rintelen et Johanne de Stenhus majore, burgensibus in Honovere, testibus ad hoc vocatis pariter et rogatis, et aliis quam pluribus fide dignis.

(Siegel des Grafen.)

Stadt-Archiv.

***106. Hugo, Ritter, und Johann [Knappe] von Eſcherde verkaufen dem Hospitale St. Spiritus 4 Hufen Landes in Limmer, welche ſie ihrem Lehnsherrn, Grafen Johann von Wunſtorf, reſignirt haben. 1311. März 7.**

Nos Hugo, miles, et Johannes dicti de Escherte recognoscimus publice presentium per tenorem, quod ven-

Digitized by Google

didimus quatuor mansos sitos in Limbere cum omni jure et utilitate ipsorum hospitali sancti Spiritus in Honovere pro nonaginta marcis Bremensis argenti, et eosdem mansos in manus nobilis viri, domini Johannis comitis de Wnstorpe, a quo ipsos in feudo tenuimus, resignavimus, ipsos in possessionem ejusdem hospitalis libere dimittentes, jus quoque et proprietatem dictorum quatuor mansorum eidem hospitali donari a dicto domino comite nichilominus procurantes. In cujus rei evidens testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°.CCC°. undecimo, in dominica, qua cantatur *Reminiscere.*[1].

(Anhängend 2 Siegel.)

Stadt-Archiv.

*107. Ludwig von Engelbostel, Ritter, und dessen Söhne, Hardeke und Johann, versöhnen sich mit der Stadt Hannover. 1311. Jul. 25.

Ego Lodewicus de Endelingheborstolde, miles, et nos Hardeke et Johannes, filii sui, recognoscimus publice per presentes, quod promisimus et presentibus promittimus fide data civitati Honovere et consulibus et burgensibus ejusdem civitatis, quod sonam et compositionem placitatam et ordinatam inter dictam civitatem Honovere et consules et burgenses ejusdem civitatis ex una, et nos ex parte altera super dissensione et discordia, que inter nos vertebantur super dampnis et injuriis hinc inde factis, ratam et inviolatam perpetuis temporibus volumus observare, nec uncquam, quamdiu vixerimus, erimus inimici ipsorum, nec malum eorum occulte vel publice, consilio vel facto agere volumus aut debemus, sed ipsos in omnibus, quibuscumque possumus, honorare et efficaci studio promovere. In quorum omnium evidens testimonium si-

[1]) Abgedruckt bei Leyser, Hist. com. Wunst. S. 55 (S. 30 f. der ersten Ausg.) mit dem Siegel des Hugo von Escherde. — Moser V, S. 269 f.

Digitized by Google

gilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°.CCC°. undecimo, in die sancti Jacobi apostoli.[1]

(Anhängend 3 Siegel.)

Stadt-Archiv.

108. [Hannover,] 1311.[1] N

Thidericus Tureke, Burchardus Tece, Johannes de Lapidea Domo, Johannes de Nova Civitate, Henricus Seldenbut, Thidericus de Rinthelen, Johannes de Gherdene, Johannes de Lubeke, Rotbertus de Nova Civitate, Albertus Scymminch[2], Henricus Cuprifaber, Borchardus de Saltu, Thidericus de Hildensem, nos pro tempore consules civitatis Honovere ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod domina Alheydis, relicta Lodewici quondam dicti de Dornede, Conradus, Ludolfus et Lodewicus, filii ejusdem, recognoverunt, se tres mansos in campis ville Lathusen abbati et conventui Novalis sancte Marie, quod vulgo Betzingerode dicitur, Cysterciensis ordinis, Hildensemensis dyocesis, vendidisse et Sifrido militi dicto de Rutenberge resignasse. Datum anno Domini millesimo CCC°. undecimo.[3]

Königl. Archiv.

*109. [Hannover,] 1311. Aug. 24. N

Borchardus Tece, Thidericus Tureko, Johannes de Lapidea Domo, Johannes de Nyenstad, Henricus Seldenbut, Thidericus de Rintelen, Johannes

[1]) Mit den drei Siegeln abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 100.

[1*]) Aus der folgenden Urkunde erhellt, daß diese Urkunde vor dem 24. August ausgestellt worden ist. — Bemerkenswerth ist, daß hier 13 Consuln genannt werden, deren Zahl aus der folgenden Urk. durch Albertus Leo sogar auf 14 erhöht wird.

[2]) Im Bürgerbuche findet sich S. 10 unter den neuen Bürgern des Jahres 1303: Albertus Schimminch.

[3]) Abgedruckt im Marienroder Urkundenbuch n. 184.

Digitized by Google

de Gerdene, Johannes de Lubeke, Albertus Leo, Rotbertus de Nyenstad, Henricus Cuprifaber, nos pro tempore consules civitatis Honovere recognoscimus, quod constituta coram nobis Alheydis, filia Lodewici quondam dicti de Dornede, renunciavit omni juri, quod sibi conpetebat in tribus areis in villa Lathusen sitis, quas abbas et conventus in Betzingerode a domina Alheydi, matre sua, et a Conrado, Ludolfo et Lodewico, fratribus suis, emptionis titulo comparaverunt. In cujus rei testimonium sigillum nostre civitatis presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini M°. CCC°. undecimo, in die beati Bartolomei apostoli.[1]

Königl. Archiv.

*110. Wulbrand von Reden, Ritter, erkennt an, daß er vom Herzog Otto von Braunschweig eine Mühle am Damme bei Hannover pfandweise besitze. 1312. Aug. 16.

Ego Wulbrandus miles de Redhen una cum heredibus meis protestor publice per presentes, quod inclitus dominus noster, Otto dux de Brunswig et de Luneborch, cum suis veris heredibus obligavit nobis molendinum situm juxta Dammonem in Honovere[1*] pro sexaginta marcis Bremensis argenti in subsidium expensarum, quas habuimus ex parte domini nostri ante castrum Honboken[2], ita quod, quando

[1]) Abgedruckt im Marienroder Urkundenbuch n. 187.

[1*]) Es ist dies wahrscheinlich dieselbe Mühle, welche in einer Urkunde von 1331 Hamelmöle heißt, de de lit twischen Lewenrode unde deme Damme to Honovere (jetzt Langestraße). Dieselbe wird in einer Urkunde von 1384 Trippenmöle genannt; ob auch die in einer Urkunde von 1325 vorkommende Mühle (molendinum quem Luchte inhabitat) und molendinum novum situm in Dammone extra muros civitatis Honovere einer Urkunde von 1353 dieselbe Mühle bezeichnen, wie Grupen, Origg. et Antt. Hanov. S. 258, glaubt, läßt sich bezweifeln, da in einer Urkunde von 1377 die Luchtenmühle und die Trippenmühle neben einander erwähnt werden, von denen die erstere in Dammone, die letztere juxta Dammonem gelegen zu haben scheint.

[2]) Burg in dem Braunschweigischen Amte Greene.

Digitized by Google

sibi et suis heredibus placuerit, dictum molendinum redimere poterit pro pecunia memorata. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CCC°.XII°, in crastino assumptionis beate virginis Marie.[2]

(Das Siegel jetzt abgeriſſen, jedoch vollſtändig vorhanden.)

Königl. Archiv.

***111. Biſchof Heinrich von Hildesheim ertheilt den Wohlthätern des Hospitals St. Spiritus einen vierzigtägigen Ablaß. 1313. Januar 3.**

Nos Henricus Dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus[1], moti misericordia circa pauperes et infirmos in hospitali sancti Spiritus intra muros Honovere degentes, universis Christi fidelibus, qui eisdem infirmis propter Deum elemosinas suas erogaverint aut alias manus porrexerint adjutrices, dum tamen vere contriti fuerint et confessi, de omnipotentis Dei misericordia ac beate Marie virginis meritis confisi quadraginta dies de injunctis sibi penitenciis, dummodo dyocesani consensus ad id accesserit, misericorditer in Domino relaxamus. In cujus testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°. CCC°. tercio decimo, in octava beati Johannis ewangliste.

(Siegel des Biſchofs.)

Stadt-Archiv.

[2]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 258 f. — Sudendorf, Urkundenbuch zur Geſchichte der Herzöge von Braunſchweig und Lüneburg I, n. 225.

[1]) Heinrich II, Graf von Wohldenberg, war Biſchof zu Hildesheim 1310–1318.

Digitized by Google

*112. **Biſchof Gottfried von Minden beſtätigt die von dem Pfarrer Heinrich Luſeke in Sarſtedt und dem Ritter Dieterich von Herbergen geſchehene Stiftung und Dotirung eines Altars in der Kirche St. Spiritus.**[1] 1313. Febr. 10.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes litere pervenerint, Godfridus Dei gracia Myndensis ecclesie episcopus[2] salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, quod de nostra libera et larga licentia, de consensu et beneplacito Henrici, rectoris ecclesie sancti Spiritus in Honovere, quoddam altare in ecclesia sancti Spiritus predicta de elemosinis domini Henrici Luseken, plebani in Zerstede, et domini Thiderici de Herberghen, militis, in honorem Dei et beate Marie virginis et beati Johannis baptiste de novo sit constructum et dotatum et a fundatoribus dicti altaris rationabiliter ordinatum, quod ad idem altare consules de Honovere perpetuo habeant jus presentandi sacerdotem, qui sine prejudicio rectoris dicte ecclesie cottidie ibidem infra summam missam cantet unam missam, vel alio tempore, quando sibi placuerit, de consensu rectoris dicte ecclesie, et preter hoc ad cooperandum dicto rectori in officiis divinorum minime teneatur, nisi de bona et libera voluntate sua id decreverit faciendum. Nos ordinationem hujusmodi ratam habentes, ipsam literis presentibus sigillo nostro duximus confirmandam. Testes hujus sunt: Magister Conradus, plebanus Sancti Georgii in Hono-

[1]) In dem vetus copiale findet ſich (S. 75) unter anderen Urkundenanführungen aus der Mitte des 14. Jahrhunderts: Item confirmacio domini Gotfridi episcopi Mindensis super vicaria in ecclesia sancti Spiritus domini Hermanni de Rintelen; und ebendaſelbſt: Item quomodo comes de Roden donavit proprietatem II mansorum in Orde ad vicariam ecclesie sancte Crucis domini Hermanni de Rintelen, et habet censum de domibus in civitate (ſ. Urkunde vom 15. Juni 1320). Hiernach war alſo Hermann von Rinteln der erſte Inhaber dieſer Vicarie; der letzte war der nachherige Syndicus Johann Syndorp. Von wem der in der zweiten Notiz erwähnte Zins herrührt, iſt nicht bekannt; nach dem von Grupen aufgeſtellten Corpus des geiſtlichen Lehnregiſters waren 4 Häuſer auf der Schmiedeſtraße und 1 Haus auf der Knochenhauerſtraße dem Altar Johann's des Täufers zinspflichtig.

[2]) Gottfried, Graf von Waldeck, war Biſchof von Minden 1304—1324.

Digitized by Google

vere, dominus Jacobus, plebanus Sancti Egidii ibidem; Willekinus miles de Boltessen; Hermannus et Thidericus de Rintelen, Borchardus Tetse, Johannes de Stenhus, burgenses in Honovere, et alii quamplures fide digni. Datum anno Domini M°.CCC°.XIII°, in die sancte Scolastice virginis.[3]

(Siegel des Bischofs.)

Stadt-Archiv.

***113. Graf Adolf von Schauenburg schenkt dem Hospitale St. Spiritus eine Hufe Landes zu „Velecede", die ihm Gottfried von Lenthe, Bürger zu Hannover, resignirt hatte. 1313. Febr. 25.**

Dei gratia Adolfus comes de Scowenborch[1] omnibus hanc literam visuris seu audituris salutem et memoriam rei geste. Noveritis, quod recepta resignatione a Gotfrido de Lenthen, cive in Honovere[2], donavimus de consensu et beneplacito Adolfi, Gherhardi et Erici, filiorum nostrorum, ac aliorum heredum et coheredum nostrorum hospitali sancti Spiritus infra muros civitatis Honovere collocato propter Deum et anime nostre ac parentum nostrorum remedium proprietatem unius mansi in Velecede[3*] siti perpetuo possidendam. Ut igitur in posterum nulla super hac donatione nostra dicto hospitali facta ab aliquibus questio vel calumpnia valeat suboriri, presentem paginam exinde confectam sigillo nostro fecimus communiri. Datum et

[3]) Abgedruckt bei Moser V, 271 f.

[1]) Adolf VI, geb 1256, starb am 15. Mai 1315, und ist in Loccum beigesetzt. Seine Söhne sind Adolf VII († 1353), Gerhard, 1346—1353 Bischof von Minden, und Erich, Domprobst zu Hamburg, 1332—1349 Bischof von Hildesheim.

[2]) Godfridus de Lenten wird als burgensis in Honovere schon 1301 genannt (Wunstorfer Urkundenbuch n. 54). Er war in der Kaufmanns-Innung zu Hannover; seine Söhne Johann, Gottfried, Engelbert und Hildebrand wurden aber von derselben ausgeschlossen. S. Bürgerbuch S. 330. Godfridus de Lente junior wurde Bürger 1331. S. Bürgerbuch S. 26.

[3*]) auch Velzedhe oder Velstede, wüstes Dorf zwischen Wettbergen und Ronnenberg (Amts Wennigsen), jetzt von Ronnenberg aus bebaut.

Digitized by Google

actum anno Domini M°.CCC°.XIII°, dominica, qua cantatur *Esto michi.*[4]

(Reiterſiegel des Grafen.)

Stadt-Archiv.

*114. **Die Gebrüder von Gadenſtedt und von Duingen kaufen vom Herzoge Otto den Zoll zu Hannover und räumen demſelben das Wiederkaufsrecht ein. 1313. Aug. 10.**

Nos Ludolfus, miles, et Johannes, famulus, fratres dicti de Goddenstede, Hartmannus, miles, et Hermannus, famulus, fratres dicti de Dudinghe, necnon veri heredes nostri recognoscimus publice protestantes, quod emimus theolonyum in Honovere pro tringentis et triginta marcis Bremensis argenti a venerabili domino nostro, Ottone duce in Luneborch, necnon suis veris heredibus tali forma, quod prenominatus dominus noster et sui veri heredes reemere possunt a nobis et a nostris veris heredibus antedictum theolonyum pro predictis tringentis et triginta marcis Bremensis argenti contradictione aliqua non obstante. In cūjus rei evidentiam firmiorem sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini M°. CCC°. tredecimo, in die beati Laurecii martiris.[1]

(Anhängend 4 Siegel.)

Königl. Archiv.

*115. **Heinrich von Wettbergen, Ritter, erkennt an, daß er vom Herzoge Otto von Braunſchweig eine Mühle in der Marſch und eine andere unweit der Burg Lauenrode pfandweiſe beſitze. 1314. Octbr. 16.**

Ego Henricus de Wetberghe, miles, una cum meis veris heredibus presentibus publice recognosco, quod illustris princeps, Otto domicellus de Brunswic et Luneburg, sub

[4]) Abgedruckt bei Moſer V, 272 f.

[1]) Abgedruckt bei Sudendorf, Urkundenbuch zur Geſch. der Herzöge von Braunſchweig u. Lüneburg I, n. 233.

Digitized by Google

consensu patris sui dilecti, illustris principis Ottonis, pro dampno universo, quod in servicio suo receperam, dum captivatus fueram, obligavit michi et meis veris heredibus novum molendinum suum in pratis[1] et unum molendinum, quod vicinius jacet castro suo Lewenrode[2], pro nonaginta marcis Bremensis argenti sub hac forma, quod de dictis molendinis quolibet anno de dicta pecunia sibi defalcabo viginti marcas Bremensis argenti, quousque dicta pecunia michi vel meis veris heredibus fuerit totaliter persoluta; qua soluta, dicta molendina ad usum incliti Ottonis domicelli predicti sine contradictione qualibet coredibunt. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CCC°.XIIII°, in die beati Galli.[3]

(Anhängend ein Siegel.)

Stadt-Archiv.

***116. Die von Eſcherde verſprechen dem Herzoge Otto von Braunſchweig und der Stadt Hannover, ihre 15 abgebrochenen Kothen zwiſchen dem Steinthore und der Stapelmühle nicht wieder aufbauen zu wollen. 1314. Nov. 23.**

Nos Hugo, miles, et Johannes, dicti de Escherte, recognoscimus in hiis scriptis, quod ob petitionem illustris principis domini nostri, domini Ottonis ducis de Luneburch, ac consulum et burgensium de Honovere destrui fecimus quindecim casas, quas habuimus in campo nostro sito inter valvam Lapideam et Stapelmolen[1*], et promisimus fide data domino nostro duci et consulibus et burgensibus predictis,

[1]) die Ihmenmühle oder die Mühle in der Danzelmarſch genannt, außerhalb des Leinthores bei der Koppel.

[2]) die Hofmühle, vgl. die Urkunden vom 8. Febr. 1316 (n. 130) u. von 1329 (n. 166).

[3]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 273. — Sudendorf, Urkundenbuch zur Geſchichte der Herzöge von Braunſchweig und Lüneburg I, n. 251.

[1*]) Die Stapelmühle kommt ſchon 1303 im Bürgerbuche vor, wo unter den neuen Bürgern Conradus molendinarius de Stapelmolen aufgeführt iſt. Sie lag in der Gegend der jetzigen Schleifmühle; von den Herren vor Eſcherde führt noch jetzt die Eſcherſtraße ihren Namen.

Digitized by Google

quod nos et heredes nostri nuncquam ammodo in dicto campo reedificabimus ullas casas seu aliquas mansiones. Si vero necessitate urgente dictum campum vendere coge- remur, cavebimus, quod emptor seu emptores ipsius campi id ipsum nuncquam similiter attemptabunt. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Da- tum anno Domini M°.CCC°.XIIII°, in die Clementis mar- tiris.[2]

(Anhängend ein Siegel, das zweite iſt abgefallen.)

Stadt-Archiv.

*117. Die von Goltern verſprechen dem Herzoge Otto von Braun- ſchweig und der Stadt Hannover, ihre abgebrochenen Häuſer vor dem Steinthore und dem Brühl nicht wieder aufbauen zu wollen. 1314. Nov. 25.

Nos Thidericus et Ludolfus, fratres ac milites dicti de Golturne, recognoscimus publice in hiis scriptis, quod ob petitionem illustris principis domini nostri, domini Ottonis ducis de Luneborch, ac consulum et burgensium de Hono- vere destrui fecimus casas, quas habuimus extra valvam Lapideam civitatis Honovere et Brulonem[1], et promisimus domino nostro duci et consulibus et burgensibus predictis, quod nos et heredes nostri nuncquam ammodo extra dictam valvam et extra Brulonem casas reedificare volumus seu aliquas mansiones. Si vero areas venderemus, precavebi- mus, quod emptor seu emptores ipsarum non debent id ipsum similiter attemptare. In cujus rei evidens testimo- nium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°.CCC°.XIIII°, in die sancte Katerine virginis ac martiris.[2*]

(Anhängend 2 Siegel.)

Stadt-Archiv

[2]) Mit dem erſten Siegel abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 60; jedoch ſteht auf dem Siegel ESSCERTE.

[1]) Eine andere Ortsbezeichnung findet ſich in dem älteſten Stadt-Copial- buche S. 75: Item plures litere de edificiis non construendis in Santvord extra Brulonem.

[2*]) Mit den Siegeln, die jedoch in umgekehrter Ordnung gegeben ſind, abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 62.

Digitized by Google

***118. Die von Hanenſee verſprechen dem Herzoge Otto von Braunſchweig und der Stadt Hannover, ihre abgebrochenen Kothen vor dem Steinthore und dem Brühl nicht wieder aufbauen zu wollen. 1314. Dec. 4.**

Nos Luderus, miles, Seghebodo, Henricus, Eckehardus et Hermannus, fratres dicti de Hanense, recognoscimus publice in hiis scriptis, quod ob petitionem illustris principis domini nostri, domini Ottonis ducis de Luneborch, ac consulum et burgensium de Honovere destrui fecimus casas, quas habuimus extra valvam Lapideam civitatis Honovere et Brulonem, et promisimus domino nostro duci et consulibus et burgensibus predictis, quod nos et heredes nostri nuncquam ammodo extra dictam valvam et extra Brulonem casas reedificare volumus seu aliquas mansiones. Si vero areas venderemus, precavebimus, quod emptor seu emptores ipsarum non debent id ipsum similiter attemptare. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°.CCC°.XIIII°, in die sancte Barbare virginis.[1]

(Anhängend 4 Siegel.)

Stadt-Archiv.

119. Dieterich von Alten, Ritter, verſpricht der Stadt Hannover, ſeine abgeriſſenen Kothen außerhalb des Steinthors und des Brühls nicht wieder aufbauen zu wollen. 1314. Dec. 20.

Ego Thidericus de Althen, miles, in hiis scriptis publice recognosco, quod ob peticionem consulum ac burgensium in Honovere destrui feci casas, quas habui extra valvam Lapideam civitatis Honovere et Brulonem, et promisi fide data consulibus et burgensibus predictis, quod ego et heredes mei nunquam ammodo extra dictam valvam et

[1]) Mit den Siegeln abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Han. S. 64. Die beiden unteren Siegel bei Grupen ſind an der Urkunde in umgekehrter Ordnung befeſtigt; ein Siegel von Seghebodo iſt niemals an der Urkunde vorhanden geweſen.

Digitized by Google

extra Brulonem casas reedificare volumus seu aliquas mansiones. Si vero areas venderemus, precavebimus, quod emptor seu emptores ipsarum non debent id[1] ipsum similiter adtemptare. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°. CCC°. XIIII°, in vigilia sancti Thome apostoli.[2]

Copiarium s. XV im Königl. Archive p. 221.

*120. Die von Ilten verſprechen dem Herzoge Otto von Braunſchweig und der Stadt Hannover, ihre abgebrochenen Kothen vor dem Steinthore und dem Brühl nicht wieder aufbauen zu wollen. 1314. Dec. 20.

Nos Thidericus et Olricus, milites, et Johannes, famulus, fratres dicti de Iltene, recognoscimus publice in hiis scriptis, quod ob petitionem illustris principis domini nostri, domini Ottonis ducis de Luneborch, ac consulum et burgensium in Honovere destrui fecimus casas, quas habuimus extra valvam Lapideam civitatis Honovere et Brulonem, et promisimus fide data domino nostro duci et consulibus et burgensibus predictis, quod nos et heredes nostri nunquam ammodo extra dictam valvam et extra Brulonem casas reedificare volumus seu aliquas mansiones. Si vero areas venderemus, precavebimus, quod emptor seu emptores ipsarum non debent id ipsum similiter attemptare. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°. CCC°. XIIII°, in vigilia sancti Thome apostoli.[1*]

(Anhängend 3 Siegel.)

Stadt-Archiv.

[1]) ad hat das Copiarium.

[2]) Abgedruckt bei Sudendorf, Urkundenbuch zur Geſchichte der Herzöge von Braunſchweig und Lüneburg I, n. 258.

[1*]) Mit den Siegeln abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antt. Hanov. S. 62 f. — Falke, Cod. traditt. Corbeiensium S. 913, n. 420.

Digitized by Google

***121. Die von Wetbergen verſprechen dem Herzoge Otto von Braunſchweig und der Stadt Hannover, ihre abgebrochenen Kothen vor dem Steinthore und dem Brühl nicht wieder aufbauen zu wollen. 1315. Febr. 23.**

Nos Henricus et Lambertus, milites, et Borchardus, famulus, fratres dicti de Wetberghe, recognoscimus in hiis scriptis, quod ob petitionem illustris principis domini nostri, domini Ottonis ducis de Luneborch, ac consulum et burgensium in Honovere destrui fecimus casas, quas habuimus extra valvam Lapideam civitatis Honovere et Bruylonem, et promisimus fide data domino nostro duci et consulibus et burgensibus predictis, quod nos et heredes nostri nunquam ammodo extra dictam valvam et extra Bruylonem casas reedificare volumus seu aliquas mansiones. Si vero areas venderemus, precavebimus, quod emptor seu emptores ipsarum non debent id ipsum similiter attemptare. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°. CCC°. XV°, in dominica Oculi mei semper.[1]

(Anhängend 3 Siegel.)

Stadt-Archiv.

***122. Bertold von Reden, Ritter, verſpricht dem Herzoge Otto von Braunſchweig und der Stadt Hannover, ſeine abgebrochenen Kothen vor dem Steinthore und dem Brühl nicht wieder aufbauen zu wollen. 1315. Febr. 23.**

Ego Bertoldus de Redhen, miles, recognosco publice in hiis scriptis, quod ob petitionem illustris principis domini mei, domini Ottonis ducis de Luneborch, ac consulum et burgensium in Honovere destrui feci casas, quas habui extra valvam Lapideam civitatis Honovere et Bruylonem, et promisi fide data domino meo duci et consulibus et burgensibus predictis, quod ego et heredes mei nuncquam

[1]) Mit den Siegeln abgedruckt bei Gruben, Origg. et Antt. Hanov. S. 65.

Digitized by Google

ammodo extra dictam valvam et extra Bruylonem casas reedificare volumus seu aliquas mansiones. Si vero areas renderemus, precavebimus, quod emptor seu emptores ipsarum non debent id ipsum similiter attemptare. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CCC°.XV°, in dominica Oculi mei. [1]

(Anhängend ein Siegel.)

Stadt-Archiv.

*123. Die von Sudersen versprechen dem Herzoge Otto von Braunschweig und der Stadt Hannover, ihre abgebrochenen Kothen vor dem Steinthore und dem Brühl nicht wieder aufbauen zu wollen. 1315. März 2.

Nos Thidericus et Bruningus, fratres dicti de Sudersen, recognoscimus in hiis scriptis, quod ob petitionem illustris principis domini nostri, domini Ottonis ducis de Luneborch, ac consulum et burgensium in Honovere destrui fecimus casas, quas habuimus extra valvam Lapideam civitatis Honovere et extra Bruylonem, et promisimus fide data domino nostro duci et consulibus et burgensibus predictis, quod nos et heredes nostri nuncquam ammodo extra dictam valvam et extra Bruylonem casas reedificare volumus seu aliquas mansiones. Si vero areas venderemus, precavebimus, quod emptor seu emptores ipsarum non debent id ipsum similiter attemptare. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°.CCC°.XV°, in dominica Letare. [1*]

(Anhängend 2 Siegel.)

Stadt-Archiv.

[1]) Mit dem Siegel abgedr. bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 61.

[1*]) Mit den Siegeln abgedr. bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 60 f.

Digitized by Google

***124. Herzog Otto von Braunſchweig bezeugt die zwiſchen dem Caplan Eckhard und den Hannoverſchen Bürgern wegen der abgebrochenen zur St. Gallen-Capelle gehörigen Kothen außerhalb der Stadt getroffene Uebereinkunft. 1315. Mai 4.**

Nos Dei gratia Otto dux de Bruneswic et Luneborch recognoscimus publice per presentes, quod de casis ante civitatem Honovere destructis, ad capellam sancti Galli ibidem pertinentibus, inter dominum Eckehardum, capellanum Sancti Galli, et burgenses civitatis Honnovere in nostra presencia est, prout sequitur, placitatum, scilicet quod, quamdiu aree dictarum casarum poterunt solvere annuatim septem talenta Honnoverensium denariorum, non debent reedificari; si autem contingeret, quod tantum solvere non possent, in optione libera dicti domini Eckehardi vel cujusque successoris sui stabit, utrum ipsas areas reedificare voluerit, et cum ipsis facere poterit, quicquid sue placuerit voluntati, et de nostro consensu et dictorum burgensium erit, quod cum ipsis faciet, quicquid sibi videbitur expedire; pro reconpensa vero pullorum et aliorum dampnorum in destructione dictarum casarum percepto burgenses predicti dederunt XII marcas Bremensis argenti, quae in usus dicte capelle seu ecclesie convertentur, quas, si dictus dominus Eckehardus vel aliquis successor suus dictas areas reedificaverit, ipsis burgensibus debet restituere et tenetur, quo facto dictas areas reedificatas cum omni jure, ut ipsas prius habuerat, quiete et libere possidebit. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC°. XV°, in crastino invencionis sancte crucis.[1]

(Anhängend das Siegel des Herzogs.)

Stadt-Archiv.

1) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antt. Han. S. 59.

Digitized by Google

***125. Hugo von Goltern, Ritter, vertauscht dem Hospitale St. Spiritus einen Kamp „auf dem Malre" gegen einen anderen „auf dem Brinke", welchen er vom Herzoge von Braunschweig zu Lehn getragen hatte. 1315. Juni 15.**

Ego Hugo de Golturne, miles, recognosco publice in hiis scriptis, quod de consensu et beneplacito heredum meorum omnium dedi hospitali sancti Spiritus infra muros civitatis Honovere collocato campum, qui »uppedemalre« nuncupatur, pro alio campo, qui dicitur »uppedemebrincke«, quem idem hospitale mihi in possessionem meam dimisit, et ego e converso campum predictum, quem sepedicto hospitali in concambium dedi, ipsi hospitali coram domino meo duce de Luneborch, a quo ipsum in feodo tenui, resignavi. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CCC°.XV°, in sancti Viti.[1]

(Anhängend ein Siegel.)

Stadt-Archiv.

126. Der Rath zu Hannover verpflichtet sich, dem Kloster Marienwerder wegen dreier außerhalb des Egidienthors belegener, zum Besten der Stadt abgebrochener Kothen eine Jahresrente zu bezahlen.*[1] 1315. Jul. 25.

Nos consules de Honovere recognoscimus per presentes, quod cum domino Wernero, preposito, et conventu monasterii in Insula sancte Marie placitatum in hunc modum, quod de tribus areis extra valvam sancti Egidii sitis expedite dari ordinabimus singulis annis eidem conventui

[1]) Abgedruckt bei Moser V, 276 f.

[*1]) Eine andere Urkunde, wonach der Rath zu einer nicht näher anzugebenden Zeit, jedoch vor der Mitte des XIV. Jahrhunderts, zwei Stücke Landes beim Damme außerhalb des Leinthores vom Kloster Marienwerder durch Kauf erwirbt, ist nicht mehr vorhanden. Das Registrum van der stad breve in dem ältesten Stadt-Copialbuche S. 76 hat darüber Folgendes: Item litera monialium in Werdere, quomodo vendiderunt consulibus duas particulas agri juxta Dampnonem extra valvam Laginensem.

Digitized by Google

in festo pasche sedecim solidos et in festo sancti Michahelis decem et novem solidos Honoverensis monete et triginta quinque pullos, qui ante destructionem casarum ab ipsis areis solvebantur. Si vero dicto conventui in loco ipsi convenienti dictum censum comparaverimus, a solutione dicti census liberi et soluti erimus, et dicte aree nostre erunt. Si autem nulla bona predicto conventui convenientia invenire poterimus, vel si a solutione dicti census liberi esse voluerimus, reedificabimus dictas areas, sicut fuerant edificate ante destructionem casarum, et promittemus, ut sepe dictus conventus, in quantum poterit, ipsas sibi faciat fructuosas. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini MCCCXV, in die sancti Jacobi apostoli.[2]

Liber burg. p. 318 (durchstrichen).

*127. Dieterich von Prome erkennt an, daß er die Hälfte des Zolles zu Hannover vom Herzoge Otto von Braunschweig pfandweise besitze. 1315. Aug. 10.

Ego Thidericus de Prome una cum Alheyde mea uxore et meis justis heredibus et domino Thiderico, prepositō in Winhusen, fratre meo, recognoscimus in hiis scriptis, quod dimidietatem theolonii in Honovere pro centum marcis Bremensis argenti ab illustri principe domino nostro, domino duce Ottone de Brunswic et de Luneborch, tenemus obligatam, pro qua pecunia villam Snedere[1] nobis obligaverat idem princeps, et pro quatuor marcis Bremensis argenti, pro pecoribus michi Thiderico in gwerra ablatis in eodem dimidio theoloneo assignatis. Postquam vero ego Thidericus de Prome aut mei heredes prius nominati receperimus antedictam pecuniam ab eodem theoloneo et defalcatis omnibus ex ipso perceptis, ipsa theolonei dimi-

[2]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 72.
[1]) Schneren, Kirchdorf, Amts Neustadt a/R.

Digitized by Google

dictas ad prefatum principem et suos heredes libere revertetur. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CCC°.XV°, in die beati Laurentii martiris gloriosi.[2]

(Anhängend ein Siegel.)

Königl. Archiv.

*128. Herzog Otto von Braunschweig bestätigt den in der Urkunde vom 18. Juni 1315 (Urk. 125) bezeichneten Tausch. 1315. Aug. 29.

Dei gracia Otto dux de Brunswic et Luneborch recognoscimus per presentes, quod fidelis noster Hugo de Goltorne, miles, fecit concambium cum pauperibus hospitalis in Honovere, dans prefatis pauperibus unum campum, qui campus »uppemalre« vocatur, pro quodam alio campo, qui campus »uppenbrinke« vocatur, quem campum prefati pauperes in possessionem dicti militis dimiserunt. Nos vero Otto dux predictus permutacionem hujusmodi ex utraque parte factam ratificamus presentibus confirmantes, dantes nichilominus prefato hospitali proprietatem hujusmodi campi »uppemalre« nuncupatum perpetuo possidendum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CCC°.XV°, in decollatione beati Johannis baptiste.[1]

(Siegel beschädigt.)

Stadt-Archiv.

*129. Herzog Otto von Braunschweig gestattet dem Rathe zu Hannover die Erbauung eines Schulgebäudes auf einem bei der Marktkirche belegenen Platze. 1315. Nov. 16.

Dei gratia nos Otto dux de Bruneswic et Luneborch publice recognoscimus in hiis scriptis, quod ad petitionem

[2]) Abgedruckt bei Sudendorf, Urkundenbuch zur Gesch. der Herzöge von Br. und Luneb. I, n. 269.

[1]) Abgedruckt bei Moser V, S. 277 f.

rationabilem dilectorum nobis consulum et burgensium nostrorum in Honovere, de beneplacito et consensu carissimi filii nostri Ottonis[1] et aliorum heredum nostrorum necnon Conradi rectoris ecclesie sancti Georgii ibidem, capellani nostri, pro communi utilitate et profectu scolarium studiis litterarum insistere volentium concessimus et presentibus litteris concedimus et annuimus, ut dicti consules et burgenses nostri licite possint instaurare edificia scole in loco sito inter curiam rectoris ecclesie predicte et macella penesticorum[2], ad hoc quam plurimum apto et congruo et ad dotem ipsius ecclesie pertinente, ita tamen, quod predicti consules censum triginta solidorum Honoverensis monete, quem penestici in macellis predictis habitantes de eodem loco annuatim dare solebant, prefato Conrado, rectori ecclesie sancti Georgii supradicte, et suis successoribus in perpetuum singulis annis certis et consuetis temporibus, videlicet medietatem illius census in festo pasche et reliquam medietatem in festo beati Michaelis, expedite solvere teneantur, et quod memorata ecclesia in pensione et jure suo indempnis maneat et illesa. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CCC°.XV°, in die sancti Martini episcopi.[3]

(Siegel des Herzogs.)

Stadt-Archiv.

1) Otto, Sohn Herzogs Otto des Strengen, geb. 1296, † 1352.

2) An dieser Stelle, der jetzigen Wohnung des zweiten Predigers der Marktkirche (Catafter-Nummer 284 b der Köbelingerstraße), blieb die Schule, die 1583 nach einem Brande neu aufgebaut worden war, bis sie 1803 in das im Jahre 1847 abgerissene Gebäude auf dem jetzigen Friederikenplatze verlegt wurde. — Ueber den Hokenmarkt, forum penesticorum, vgl. Grupen, Origg. et Antt. Hanov. S. 312 f. Die macella penesticorum, Hokenhalle, gehörte ehemals dem Kloster Loccum; s. die Regeste einer Urkunde vom 29. Sept. 1335 in von Hodenberg's Loccumer Urkundenbuch n. 756.

3) Abgedr. bei Baring, Beiträge zur Hannoverischen Kirchen- und Schul-Historia II, S. 4. — Grupen, Origg. et Antt. Hanov. S. 313. — Ein Excerpt giebt Rehtmeier, Chron. S. 1840.

Digitized by Google

***130. Der Rath zu Hannover bezeugt, daß der Müller Werner seinen Antheil an der Hofmühle (bei Lauenrode) seinen Brüdern abgetreten habe. 1316. Febr. 8.**

Nos Thidericus Tureke, Hermannus de Rintelen, Johannes de Stenhus senior, Johannes de Nyenstad, Henricus de Nyenstad, Henricus de Indagine[1], Warmannus Woltman, Arnoldus de Oslevessen, Johannes de Lubeke, Conradus Tetze, Thidericus de Scherle, Hermannus Seldenbut et Olricus Luceken, consules pro tempore civitatis Honovere, recognoscimus in hoc scripto, quod Wernerus de molendino in nostra presencia recognovit, quod dimiserit suis fratribus et eorum heredibus, si quos Deus eis dederit, partem suam, que eum contingebat in molendino, quod dicitur »Hofmöle«[2], ita quod dictos suos fratres et eorum heredes in ipso molendino non debet uncquam amplius impedire, et quod velit et debeat dictum molendinum coram domino suo resignare, quandocumque a suis fratribus supradictis pro resignatione ejusdem molendini fuerit requisitus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CCC°.XVI°, in dominica, qua cantatur: *Circumdederunt me gemitus mortis.*[3]

(Siegel der Stadt.)

Stadt-Archiv.

131. Heinrich, Provinzial der Eremitenmönche Auguſtiner Ordens in Thüringen und Sachſen, beurkundet die erfolgte Feſtſetzung der Bezirksgränzen der Kloſterbrüder von Herford und Eimbeck, wobei Hannover den Eimbeckern zugeſprochen wird. Himmelpforte, 1316. Mai 30.

Frater Henricus, prior provincialis heremitarum ordinis sancti Augustini per provinciam Thuringiae et Saxoniae,

[1]) In einer ungedruckten Loccumer Urkunde vom 29. April 1325 zeugen: Henricus et Henricus de Indagine, Hermannus Seldenbuth, Rotbertus de Nova Civitate, cives in Honovere.

[2]) Vgl. die Urk. von 1329, n. 166.

[3]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 183 f.

Digitized by Google

universis praesentia visuris salutem in Domino. Noverit caritas vestra, quod in praesentia reverendi fratris Hermanni, bacellani, et fratris Ludolphi de Goslaria, lectoris, de communi consensu prioris de Embeke termini fratrum de Hervordia et de Embeke in hunc modum sunt divisi, videlicet quod fratres de Hervordia petent omnes terminos, qui sunt ex illa parte Wisere versus ipsos, praeter Huxsariam et Insulam Bodonis[1], quae remanebunt fratribus de Embeke, Hameln vero remanebit fratribus de Hervordia, et Hanover; via vero regia, quae ducit de Hameln usque Hildensen, dividet terminos inter eos usque in Poppenborgh ita, quod, quicquid est ex una parte viae versus Lauwensténe[2], remanebit fratribus de Embeke, quicquid est ex alia parte, remanebit fratribus de Hervordia usque in Poppenborg, quae remanebit fratribus de Embeke cum omnibus, quae sunt ultra Leynam; versus Hanover autem dividet terminos dictorum fratrum dyocesis Hildensis, quae remanebit in illis partibus fratribus de Embeke, et diocesis Mindensis, quae remanebit fratribus de Hervordia; hospitia autem in Hoxaria et in Insula Bodonis sunt communia, et similiter in Hameln et Hanover, si quae habebuntur[3]. In praemissorum omnium testimonium sigillum officii nostri praesentibus est appensum; vocati autem fuerunt ad praedictam divisionem prior Magdeburgensis, prior Helmstadiensis, prior de Quedelinburge et lectores de Osnabruge, frater Johannes et frater Hermannus, et lector de Quedelingeborg, frater Thidericus, et alii quam plures. Acta sunt haec in Porta celi[4] anno Domini M°.CCC°.XVI°, in festo penthecoste, capitulo ibidem celebrato.

(Bilderbeck, Sammlung ungedruckter Urkunden I, 5. S. 34 f.)

1) Hörter und Bodenwerder.
2) Poppenburg, Domaine Amts Gronau; Lauenstein, Flecken Amts Lauenstein.
3) Dies war in Hannover erst im Jahre 1331 der Fall, s. d. Urkunde vom 19. Mai 1331, n. 179.
4) Himmelpforte war ehedem ein Augustiner-Mönchskloster bei Hasserode in der Grafschaft Wernigerode, das im Bauernkriege 1525 zerstört wurde.

Digitized by Google

*132. [Hannover,] 1317. Jun. 2.

Nos Thidericus Tureke, Henricus Seldenbut, Johannes de Gerdene, Thidericus de Rintelen, Albertus Leo, Boldewinus Uncel, Helmoldus de Stenhus, Albertus de Nyenstad, Conradus Tece, Wernerus de Scherle et Gyseco de Lubeke, consules civitatis Honovere[1], recognoscimus, quod Eckehardus et Hermannus fratres[2], filii Conradi quondam dicti de Gravestorpe, renunciaverunt omni juri, quod ipsis in tribus mansis in campis ville Lathusen sitis competebat, quos mansos abbas et conventus monasterii in Betzingerode a domina Gisla, matre ipsorum, comparaverunt. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini M°.CCC°.XVII°, in die beatorum martirum Marcellini et Petri.[3]

Königl. Archiv.

*133. Der Convent des Prediger-Ordens zu Hildesheim stellt wegen des von dem Hannoverschen Bürger Ludolf Ducus ihm geschenkten, zu Hannover belegenen Hauses einen Revers aus. 1318. Jul. 6.

Nos frater Bertrammus dictus Boc, prior, totusque conventus fratrum Predicatorum in Hildensem omnibus, ad

[1]) Dieselben Rathmänner kommen in einer andern Urkunde des Klosters Marienrode vom 5. Juni 1317 (Marienr. Urkundenb. n. 212.) vor. Auch eine in dem Liber burgensium S. 5 aufbewahrte Verfügung nennt fast dieselben Namen. Es heißt dort: Swanne — de schelhaftighen van der walstad gekomen sin, so scal men de schelinghe bringhen vor desse achte, [de] hirnedene bescreven sin, dat sin: Henric Seldenbut, Johan van Gerdene, Albertus Leo, Thideric van ..... (ausradirt), Thideric Tureke, Boldewin Uncel, Johan de eldere vamme Stenhus unde Johan van der Nyenstad.

[2]) In der erwähnten Urkunde vom 5. Juni 1317 werden als Brüder dieser beiden noch Ludolfus, Conradus und Johannes genannt. In dem Liber burgensium werden unter den neuen Bürgern des Jahres 1318 Johannes et Ludolfus fratres de Gravestorpe, unter dem Jahre 1326 Conradus de Gravestorpe aufgeführt.

[3]) Abgedruckt in dem Marienroder Urkundenbuche n. 211.

Digitized by Google

quos presentia pervenerint, orationes in Christo devotas. Noverint universi, nos de unanimi consensu una cum honorabilibus viris, dominis consulibus Honoverigensis civitatis, de domo nostra ibidem [1], quam Ludolfus dictus Ducus, quondam ibidem civis pie memorie, nostro conventui pro salute anime sue erogavit, placitasse sub hac forma, quod omnia et singula, que de alia domo alicujus burgensis ibidem sunt facienda, nos de dicta domo nostra facere debeamus; insuper capellam nullam vel ecclesiam in locum predicte domus nostre construemus, arbitrantes etiam in hiis scriptis prorsus nullas petitiones per nos vel per aliquos alios, qualiscunque conditionis fuerint, ut predicta aliquo modo varientur, faciendas, quod appensione nostri sigilli publice protestamur. Datum anno Domini M°.CCC°.XVIII°, octava beatorum apostolorum Petri et Pauli. [2]

(Siegel abgefallen.)

Stadt-Archiv.

*134. Ablaßbrief verſchiedener Erzbiſchöfe und Biſchöfe für die Marktkirche. Avignon, 1319. Juni.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, miseratione divina nos Ysenardus patriarcha Anthiocenus [*1], Ezgerus Ludensis [*2], Nicolaus Acridensis [3], Rustanus Neopa-

1) Der Peweler-Hof an der Köbelingerſtraße, ſpäter Phyſicathof (1720) und Syndicathaus (1740), darauf an die Gräfin Yarmouth verkauft und ſpäter Freimaurerloge.

2) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 329 f.

*1) Isnardus Tacconius, Dominicaner aus Pavia, war Erzbiſchof von Theben, darauf Patriarch von Antiochia, und verwaltete von 1311 bis 1319 das Bisthum Pavia; Ughelli, Ital. sacra I, p. 1101. Vgl. Wiltſch, Handb. der kirchl. Geogr. II, S. 309.

*2) Escherus war ſchon 1317 Erzbiſchof von Lund und Primas von Schweden. G. F. Sartorius, Urk. Geſch. des Urſpr. der deutſchen Hanſe II, S. 298.

3) Achrida oder Ochri, früher Lychnidium, ein Erzbiſchofsſitz in Albanien, an den Gränzen von Macedonien.

Digitized by Google

tonensis[4], Remundus Andrinopolensis[5], Mathias [Duracinensis[6], Guilhelmus] Duracensis[6] archiepiscopi, Petrus Domensis[7], Berengarius Cristopolinus[8], Bernhardus Christopolitanus[8], Franciscus Caietanus[9], Dominicus Metaliensis[10], Guilhelmus Putheolanus[11], frater Guilhelmus ad partes Tarthatorum[12], Nicolaus Argolicensis[13], frater Petrus Narniensis[14], Egidius Andrinopolitanus[15], Petrus Civitatis No-

[4]) Erzbischof von Neopace, einem unbekannten Erzbischofssitze in Griechenland; vgl. Wiltsch, a. a. O. II, S. 290. — In einem Ablaßbriefe für die Michaeliskirche zu Braunschweig (Avignon, März 1319) in Rehtmeier's Braunschw. Kirchen-Gesch. II, Beil. S. 206, n. 23 heißt er Rostanus Neopacensis.

[5]) Raymund, Erzbischof von Adrianopel in Rumelien, erscheint auch in einem Ablaßbriefe für Reinhardsbrunn (Avignon, Oct. 1316) in Cypriani Hilaria Evangelica S. 1123, einem Ablaßbriefe für die St. Moritz-Kirche zu Mainz (Avignon, Februar 1317) in Guden, Dipl. Mog. III, S. 963 und in einem Ablaßbriefe für die Michaeliskirche in Braunschweig (Avignon, März 1319) in Rehtmeier's Braunschw. Kirchen-Gesch. II, Beil. S. 206, n. 23.

[6]) Einer dieser beiden Erzbischöfe hatte seinen Sitz zu Dyrrhachium, Durazzo. Das Siegel des Ersteren hat DVRACENI, während der andere Bischof sowohl auf dem Siegel als in der Beischrift dazu Duraciensis heißt. In der Urkunde sind die Worte: Duracinensis und Guilhelmus jetzt nicht mehr zu lesen, und hier aus einer älteren Abschrift ergänzt.

[7]) Unbekannt.

[8]) Ein Bischof von Christopolis stand unter dem Erzbischof von Philippi in Macedonien; Binterim, Denkwürdigkeiten der christ-katholischen Kirche I, 2. S. 575, 590. Auch der Bischof von Chrysopolis in Arabien wird manchmal Bischof von Christopolis genannt; Wiltsch, a. a. O. II, S. 320.

[9]) Franciscus, ein Minorit, Beichtvater des Herzogs Robert von Calabrien, wurde 1306 vom Pabst Clemens V zum Bischof von Gaeta ernannt und starb 1320. Ughelli, Ital. sacra I, pag. 541.

[10]) Unbekannt; etwa von Metelis in Aegypten.

[11]) Wilhelmus de Sallone, Minorit, Beichtvater der Königin Sancia, war bis 1324 Bischof von Puzzuolo, und erhielt alsdann das Bisthum Aversa. Ughelli, Ital. sacra VI, pag. 279.

[12]) Sonst unbekannt.

[13]) Derselbe stellte auch für die Michaeliskirche in Braunschweig im März 1319 einen Ablaßbrief aus; Rehtmeier's Braunschw. Kirchen-Gesch. II, Beil. S. 206, n. 23.

[14]) Petrus, Bischof von Narni, war eine Zeitlang suspendirt gewesen, aber schon 1315 wieder freigesprochen. Ughelli, Ital. sacra I, p. 1018.

[15]) In dem Reinhardsbrunner Ablaßbriefe von 1316 heißt er Egidius Aderonopolitanus, in dem Ablaßbriefe für die St. Moritz-Kirche zu Mainz (Februar 1317) Andernopolitanus, bei Rehtmeier a. a.

Digitized by Go

ve [16], frater Symon Parmensis [17], frater Andreas Crocensis [18], frater Zacharias Suacinensis [19], Andreas Terracinensis [20] episcopi salutem in Domino sempiternam. Pia mater ecclesia de animarum salute sollicita devocionem fidelium per quedam munera spiritualia, remissiones videlicet et indulgencias, invitari consuevit ad debiti famulatus honorem, Deo videlicet et sacris edibus impendendum, ut, quanto crebrius ac devocius illuc confluit populus Christianus assiduis Salvatoris graciam precibus implorando, tanto celerius delictorum suorum veniam et graciam celestis regni consequi eternam mereantur. Cupientes igitur, ut ecclesia parrochialis in Honovere, Mindensis dyocesis, in honore sancti Georgii martyris constructa, congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in festo ipsius sancti Georgii, necnon in festivitatibus nativitatis domini nostri Ihesu Christi, circumcisionis, epyphanie, parasceves, resurrectionis, ascensionis et penthecostes, in omnibus et singulis festivitatibus beate et gloriose semper virginis Marie omniumque ac singulorum apostolorum et ewangelistarum, sanctorum Michaelis archangeli, Johannis baptiste, Laurencii, Martini, Nicolai ac

C. Andrinopolensis, wie hier in der Beischrift zu dem Siegel. Ob Bischof von Adrianopolis in der Provincia Nicopolitana oder Alt-Epirus?

16) Derselbe findet sich auch in dem Reinhardsbrunner Ablaßbriefe von 1316 und bei Guden, Dipl. Mog. III, S. 963.

17) Simon Salterellus, ein vornehmer Florentiner, Provincial von Etrurien, wurde 1317 von Pabst Johann XXII zum Bischof von Parma, 1323 zum Erzbischof von Pisa ernannt. Ughelli, Ital. sacra I, p. 188.

17) Unbekannt. In der Beischrift zu dem Siegel heißt er episcopus Crocii.

19) In dem Reinhardsbrunner Ablaßbriefe von 1316 findet sich ein Benedictus Swaciensis, vielleicht der Vorgänger des hier genannten. Daß er noch nicht lange Bischof gewesen, zeigt sein Platz vor einem erst 1319 erwählten Bischofe. Einen episcopus Suatinensis in Dalmatien nennt Wiltsch, a. a. O. I, S. 400.

20) Andreas war erst 1319 zum Bischof von Terracina erwählt. 1324 weihte er die Laurentius-Kirche in Rom ein. Ughelli, Ital. sacra I, pag. 1297.

Digitized by Google

sanctarum Marie Magdalene, Katherine, Margarete, Anne, undecim milium virginum, in commemoratione omnium sanctorum, adventus Domini seu quadragesime, et in dedicatione prefate ecclesie ac per octavas predictarum festivitatum octavas habentium ac per omnes dies dominicos accesserint et ibidem divinum officium seu verbum exhortationis in festivitatibus suprascriptis devote audierint causa devocionis, peregrinationis vel orationis accesserint, aut qui corpus Christi vel oleum sanctum secuti fuerint, cum portatur infirmis, seu qui cymiterium ipsius ecclesie circuierint, orationem dominicam pro omnium fidelium defunctorum salute devote orantes, vel qui in extremis laborantes prefate ecclesie quicquam suarum legaverint, donaverint per se, vel per alios quocumque modo licito procuraverint facultatum; necnon qui ad fabricam, luminaria, ornamenta et alia dicte ecclesie necessaria manus porrexerint adjutrices, seu qui infra divinum officium nominatim [ad] nomen domini nostri Ihesu Christi et beate Marie virginis ac ad elevacionem sacre hostie infra missam seu missas genua cordis et corporis devote flexerint, de omnipotentis Dei misericordia, beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, singuli nostrum singulas dierum quadragenas de injunctis eis penitenciis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo dyocesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum jussimus appensione muniri. Datum Avinione de mense Junii anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, pontificatus sanctissimi domini Johannis divina providencia pape XXII. anno tercio.

(An abwechselnd gelb-, roth- und grünseidenen Schnüren hängen 22 Siegel, über denen zum Theil die Namen der Besitzer von alter Hand verzeichnet sind.)

Stadt-Archiv.

Digitized by Google

*135. Der Convent zu Marienwerder befreiet verſchiedene Hannoverſche Bürger und Bürgerinnen von der Eigenbehörigkeit. 1319. Jun. 29.

Nos Johannes, prepositus, et Sophia, priorissa, totusque conventus sanctimonialium ecclesie beate Marie semper virginis in Insula universis presentia visuris seu audituris cupimus fore notum, quod de maturo concilio nostrorum omnium una cum discretis viris consulibus Honoverensis civitatis convenimus et placitavimus, quod Wichmannum de Stochem, Ludolfum de Velbere[1], Ludolfum de Alem et Elizabet, uxorem Arnoldi de Selece[2], uxorem quoque Thiderici de Dachmissen[3] Alheydim, sororem advocati de Lettere, Albertum Godeken, Greten, sororem Rockes, necnon Gebeken Gerbodescen, Conradum et Henricum fratres Losac et eorum sorores Hillen et Alheydim, Johannem de Velbere[1], Alheydim, uxorem Arnoldi Bolic, et ejus fratrem Hermannum, cives dicte civitatis, et omnium prescriptorum pueros ab universo jure, quod in ipsis habuimus, quo nobis et nostre ecclesie predicte astricti fuerant, dimisimus et dimittimus presentibus liberos et solutos. In quorum testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum appensione, nostri conventus scilicet et prepositi, fecimus roborari. Datum anno Domini M°. CCC°. XIX°, in festo beatorum apostolorum Petri et Pauli.[4]

(Anhängend 2 Siegel.)

Stadt-Archiv.

1) Johannes de Veltbere und Ludolfus de Veltbere ſind nach dem Liber burgensium im Jahre 1310 Bürger zu Hannover geworden. Ein anderer Johannes de Veltbere wird daſelbſt 1313 als neuer Bürger aufgeführt, ein dritter 1314.

2) Arnoldus de Selesse, qui duxit uxorem Reyneri Papen, iſt nach dem Liber burgensium 1301 Bürger geworden.

3) Thidericus de Dachtmissen iſt nach dem Liber burgensium 1306 Bürger geworden.

4) Abgedruckt bei Sudendorf, Urkundenbuch zur Geſchichte der Herzöge von Braunſchweig und Lüneburg I, n. 313.

Digitized by Go

136. Uebereinkunft zwiſchen dem Rathe zu Hannover und dem Kloſter Loccum wegen Erbauung eines Theiles der Stadtmauer unweit des Egidien-Thores und wegen Erbauung eines Hauſes auf derſelben. Hannover, 1320. Jan. 31.

a.

Nos consules civitatis Honovere in hiis literis recognoscimus et notum esse volumus universis, quod religiosis viris domino abbati[1] et conventui in Lucka concessimus et in hiis literis concedimus, quod in muro civitatis nostre, quem a fundo ipsius cum concavitate, pro secessu et commodo corporali muro inclusa et contra fossatum foris et prope terram pro effluxu aperta, ad modum altitudinis muri civitatis prope valvam sancti Egidii ad aquilonem et ad longitudinem sexaginta pedum edificabunt, domum unam cum fenestris bene ferratis et pro commodo suo construant perpetuo possidendam, ita tamen, quod prope murum cives nostri viam suam habeant, sicut prius, et quod in summitate ipsius muri super fenestras superiores et extra tectum spacium meabile et foris accessibile relinquant et illud munitione una lapidea, que »borstwere« dicitur, ad longitudinem domus pro defensione civitatis faciant, et quod ipsa domus pro eadem defensione aperiatur, cum hoc visum fuerit oportere. Concedimus etiam ipsis, quod, si eadem domus aliquando constructa[2] quocunque modo fuerit, eam possint reedificare, sicut nunc edificabitur, et, sicut prius possederant, possidere. Nullum eciam propugnaculum aut turrim aut vigilum sessiones infra latitudinem curie eorum et prope murum vel supra ponemus, nisi, quod Deus avertat, hostium tempore gwerre impulsus illa vice aliud exigeret faciendum. Et ut hec premissa eisdem abbati et conventui rata futuris temporibus et perpetuo maneant, presentes literas eis dedimus nostre civitatis sigillo fideliter roboratas. Actum et datum in

[1]) ſ. die folgende Urkunde, n. 136, b.
[2]) ſoll heißen destructa; ſ. die folgende Urkunde; auch ſteht destructa in der Urkunde n. 200 vom 7. Juni 1337.

Digitized by Go

Honovere anno Domini M°. CCC°. XX°, pridie Kalendas Februarii.[3]

Nach dem Registr. monast. Lucc. des Königl. Archivs p. 131. n. DCXCVI.

b.

Nos frater Jordanus dictus abbas in Lucka[1] et conventus ibidem in hiis literis recognoscimus et notum esse volumus universis, quod de domo in curia nostra in Honovere edificanda voluntate et favore discretorum virorum consulum ibidem ordinavimus et placitavimus in hunc modum cum eisdem, quod in muro civitatis sue, quem a fundo ipsius cum concavitate, pro secessu et comodo corporali muro inclusa et contra fossatum foris et prope terram pro effluxu aperta, ad modum altitudinis muri civitatis prope valvam sancti Egidii ad aquilonem et ad longitudinem sexaginta pedum edificabimus, ipsam domum cum fenestris bene ferratis et pro nostro comodo construamus perpetuo possidendam, ita tamen, quod prope murum cives eorum viam suam habeant, sicut prius, et quod in summitate ipsius muri super fenestras superiores et extra centum[2] spacium meabile et foris accessabile relinquamus municione una lapidea, que »borstwere« dicitur, ad longitudinem domus pro defencione civitatis faciamus, et quot ipsa domus pro eadem defencione aperiatur, cum hoc visum fuerit oportere. Concesserunt eciam nobis, quod, si eadem domus aliquando destructa quocumque modo fuerit, eam possimus reedificare, sicut nunc edificabitur, et, sicut prius possederamus, possidere. Nullum eciam propugnaculum aut turrim vel vigilum sessiones infra latitudinem curie nostre et prope murum ponent sive supra, nisi, quod Deus aver-

[3]) Abgedruckt bei Grupen, S. 299 f. — v. Hodenberg, Loccumer Urkundenbuch n. 688.

[1]) Jordan von der Mühlen (de Molendino) wurde Abt zu Loccum 1312, und resignirte 1323. Darauf wurde er 1327 abermals zum Abt erwählt und blieb es bis zu seinem Tode, 1331.

[2]) verschrieben für tectum; s. die vorhergehende Urkunde.

Digitized by Google

lat, hostium tempore guerre inpulsus illa vice aliud exigeret faciendum. Et ut hec premissa rata futuris temporibus et perpetuo maneant, presentes literas sigillo nostro roboratas dedimus dictis consulibus in testimonium super eo. Actum et datum anno Domini M°. CCC°. XX°, pridie Kalendas Februarii.[a]

Aeltestes Stadt-Copialbuch (s. XIV ex.) Nr. XLV. pag. 49 sq.

137. Bischof Otto zu Hildesheim bescheinigt, daß die Stadt Lüneburg auf eine dem Bischofe zu Handen des Grafen Günther von Kefernberg zu zahlende Summe von 1000 Mark, für die sich der Rath zu Hannover verbürgt hatte, abschläglich 200 Mark gezahlt habe. 1320. Febr. 2.

Otto, Dei et apostolice sedis gracia electus ecclesie Hildesemensis[1], viris providis consulibus totique communitati civium in Honovere plenitudinem omnis boni. Ad noticiam vestram deferimus, quod consules et cives in Luneborgh de mille marcis, pro quibus vos alio die nobili genero nostro, domino Gunthero de Kevernberge comiti[2],

[a]) Abgedr. im Vaterl. Archiv 1844, S. 193 f.

[1]) Otto II, Graf von Woldenberg, war Bischof von Hildesheim von 1319—1331.

[2]) Graf Günther von Kefernberg wurde nach dem Aussterben der Grafen von Lüchow 1319 von Markgraf Waldemar von Brandenburg mit der Grafschaft Lüchow belehnt und verkaufte dieselbe Anfangs 1320 an den Herzog Otto von Braunschweig für 4000 Mark; daher die Bürgschaft der Städte Lüneburg und Hannover (Gerken, Vermischte Abhandlungen aus dem Lehnrechte ꝛc. III, S. 219 und 228 ff. — Sudendorf, Einleitung zum Urkundenbuche S. LIX f.). Aus der Verkaufs-Urkunde (Scheidt, Anmerkungen zu Moser's Braunschw.-Lüneburg. Staatsrecht S. 679; Sudendorf, Urkundenbuch n. 826 ff.) erhellt, daß Bischof Otto von Hildesheim ein Interesse bei dem Verkaufe der Grafschaft gehabt habe; welcher Art dasselbe gewesen sei, weiß Gerken (a. a. O. S. 228) nicht anzugeben. Aus unserer Urkunde scheint zu erhellen, daß Günther von Kefernberg Schwager (gener steht hier) des Bischofs Otto gewesen sei. Graf Günther's Gemahlin Mathilde, deren Ursprung bisher nicht bekannt war (s. Gerken, a. a. O. S. 215), war gleichfalls, justi dotalitii nomine, mit der Grafschaft Lüchow belehnt gewesen (s. die Urk. bei Gerken, a. a. O. S. 269); wahrscheinlich vertrat ihr Bruder (?) Otto bei dem Verkauf ihre Rechte.

Digitized by Google

et nobis ad manus suas fidejussistis, ducentas in debitis pondere et valore persolverunt super festo presenti juxta suarum ac vestrarum continenciam literarum. Et de hiis marcis, scilicet ducentis, solutos et quitos presentibus vos habemus literis sigillo nostro in testimonium sigillatis. Datum anno Domini M°. CCC°. XX°, in die purificationis beate Virginis.[3]

Copiarium s. XV im Königl. Archiv p. 80.

*138. Bischof Otto von Hildesheim ertheilt den Wohlthätern des Hospitals St. Spiritus Ablaß. 1320. Mai 17.

Nos Otto, Dei et apostolice sedis gratia Hildensemensis ecclesie electus confirmatus, moti misericordia circa pauperes et infirmos, in hospitali sancti Spiritus intra muros Honovere degentes, universis Christi fidelibus, qui eisdem infirmis propter Deum elemosinas suas erogaverint aut alias manus porrexerint adjutrices, dum tamen vere contriti fuerint et confessi, de omnipotentis Dei misericordia ac beate Marie virginis meritis confisi, quadraginta dies de injunctis sibi penitentiis, dummodo dyocesani consensus ad id accesserit, misericorditer in Domino relaxamus. Datum sub nostro sigillo anno Domini M°.CCC°.XX°, in festo pentecostes.[1]

(Siegel des Bischofs.)

Stadt-Archiv.

*139. Graf Johann von Roden und Wunstorf schenkt dem Johannis-Altare in der Kirche St. Spiritus das Obereigenthum von 2 Hufen Landes zu Oerie (Kirchsp. Hüpede, Amts Calenberg), die ihm Johann von Alten, Ritter, resignirt hatte. 1320. Jun. 15.

Johannes Dei gratia comes de Roden et in Wunstorp omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in

[3]) Abgedruckt bei Sudendorf, Urkundenbuch zur Geschichte der Herzöge von Braunschweig und Lüneburg I, n. 331.
[1]) Abgedruckt bei Moser V, 281.

Digitized by Google

Domino. Memoria hominum consulte juvatur, dum geste rei veritas literarum testimonio roboratur. Hinc est, quod tenore presentium publice recognoscimus et testamur, quod famosus miles dominus Johannes de Alten duos mansos sitos in Oerde[1], quos a nobis tenebat in pheodo, libere nobis resignavit, et inpetravit a nobis, quod de consensu et beneplacito heredum nostrorum omnium, quorum interat, ob reverentiam et amorem omnipotentis Dei et gloriose virginis Marie necnon ad petitionem discretorum virorum consulum in Honovere eosdem duos mansos ac proprietatem illorum cum omni jure et utilitate ipsorum mera donatione pie donavimus ac per presentes damus ad altare in ecclesia hospitalis sancti Spiritus in Honovere situm, ad usus clerici, cui dictum altare a dictis consulibus porrectum fuerit, proprietatis ac libertatis titulo perpetuo possidendos; renunciantes in hiis scriptis pro nobis et nostris heredibus, quorum interest, omni juri, quod nobis et eis in predictis duobus mansis competebat, et quocumque modo posset competere in futuro. Volumus eciam de eisdem duobus mansis clerico memorato et ad manus ejus dictis consulibus legitimam prestare warandiam, si, quod absit, litem vel controversiam sibi moveri contingerit et fuerimus requisiti. In quorum omnium evidens testimonium presentem literam inde conscriptam predictis, videlicet clerico, cui altare dictum collatum fuerit, necnon consulibus prescriptis, dedimus sigilli nostri munimine roboratum. Actum et datum anno Domini M°.CCC°.XX°, in die beati Viti martiris.

(Siegel des Grafen.)

Stadt-Archiv.

1) Noch jetzt sind zwei Hufen Landes in Oerie dem geistlichen Lehnregister zinspflichtig.

140. Conrad von der Neuſtadt, Bürger zu Hannover, verzichtet zu ſeinem Jahresgedächtniß im Mindener Dome auf Einkünfte in dem Amte Nonnenberg (Dorf Amts Wennigſen), womit er von Biſchof Gottfried von Minden belehnt war, zu Gunſten der Mindener Kirche vor dem Rathe zu Hannover. 1320. Oct. 1.

Ego Conradus civis in Honover, dictus de Neustad, recognosco in presenti litera meo sigillo munita, quod ob hoc, ut meus anniversarius ac Johanne, uxoris mee, in ecclesia Mindensi annis singulis jugiter peragatur, prout dominus Johannes de Lubbeke ordinaverit hunc peragendum, pensioni unius talenti seu libre Honoverensium denariorum in officio Runeberge, qua hactenus a reverendo domino meo, domino Gotfrido ibidem Mindensi episcopo, fueram juste inpheodatus, de consensu omnium heredum meorum hujus pensionem resignando dicte ecclesie Mindensi renunciavi coram discretis viris consulibus in Honover et renuncio libere propter Deum litteras per presentes.

Ceterum nos pro tempore consules civitatis Honoverensis sepedicte in testimonium hujus resignationis seu renuntiationis presens scriptum inde confectum ad rogatum prefati Conradi, nostri concivis, fecimus dicte nostre civitatis sigillo firmiter roborari. Datum anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo, in die beati Remigii abbatis.

Aus Würdtwein's Nova subsidia diplom. IX, p. 175.

141. Der Rath zu Hannover läßt einen neuen Theil der Brücke mit 2 Brunnen am Stovenwege errichten. 1320. Oct. 21.

Nos consules civitatis Honovere tenore presencium publice protestamur, nos de consensu et voluntate bona discreti viri, domini Arnoldi, plebani de Syverdeshusen [1], et fratruelum suorum, Arnoldi videlicet et Johannis [2] fratrum, filiorum quondam Warmodi Woltman, quandam novam

[1]) Sieversshauſen, entweder das Lüneburgiſche im Amte Burgdorf, oder das Hildesheimiſche im Amte Eimbeck.

[2]) Johannes Woltmannus wurde nach dem Bürgerbuche 1311 Bürger.

Digitized by Google

partem pontis cum duobus puteis juxta pontem antiquum[3] contra aquilonem inter domum civitatis ac domum angularem sitam penes viam Stupe[4], posuisse, ita tamen, quod predicti fratres ac ipsorum heredes omne jus integraliter, quod in loco dicti novi pontis ac puteorum prius habuerunt, nostra sine contradictione jugiter obtinebunt superius et inferius. Insuper spacium viginti et octo pedum a domo angulari predicta contra puteum propinquiorem mensurando in prelibata[5] nova parte pontis absque nostro inpedimento ad construendum seu ad aliam ipsorum utilitatem habere poterunt, quandocumque ipsis visum fuerit oportere. In cujus rei testimonium nostre civitatis sigillum presentibus duximus appendendum[6]. Datum anno Domini M°.CCC°.XX°, in die undecim milia virginum.[7]

Liber burgensium (s. XIV ex.) p. 325. — Aeltestes Stadt-Copialbuch (s. XIV ex.) N. LXII. p. 59 sq.

142. Conrad von Salder, Ritter, und seine Söhne Johann, Conrad und Bodo stellen einen Revers aus, daß ihnen Herzog Otto von Braunschweig und Lüneburg mit Zustimmung seiner Söhne Otto und Wilhelm die früheren Pfandstücke der von dem Berge, nämlich das Schloß Hallermund, das halbe Weichbild Eldagsen, den Zoll zu Hannover und 10 Bremer Mark jährlicher Einnahme von der Münze, verpfändet hat. Hannover, 1320. December 6.

Ic Conrad van Salder, ridder, unde dre mine sone, Johan, ridder, unde Conrad unde Bode, knechte, bekennet in desseme openen breve, beselghet[1] mit user drier inghe-seglen, dat de edele vorste, hertoghe Otte van Brunswich unde van Luneborch, mit willen siner sone Otten unde

[3]) die jetzige Schloßbrücke.
[4]) via Stupe, de Stoven-strate, jetzt Rademacherstraße. Vgl. Grupen, S. 403.
[5]) prelibato *Cop.*
[6]) apponendum *Lib. burg.*
[7]) Abgedruckt bei Grupen, S. 393, und im Vaterl. Archiv 1844. S. 209 f.
[1]) Lies beseghelet.

Digitized by Google

Wilhelmes heft uns unde unsen rechten erven gheleghen dat hus to Halremunt unde de helfte des wichbeldes to Eldaghessen unde den toln to Hannover unde teyn Bremer mark gheldes in der montie mit alleme rechte, als it de van dem Berghe hadden, vor seventeyn hundert mark lodeghes sulvers, aldusdane wis, dat desse vorbenomden slot Eldaghessen unde Halremunt scoln ere unde erer rechten erven opene slot wesen to all eren noden. Ze moghet oc to Eldaghessen eren voghet setten, wen se willet, mer to Halremunt scoln se nenen voghet setten, sen dont mit unseme willen. Oc scoln de vorsegheden vorsten uns unde unse rechten erven vordeghedinghen to alleme rechte, unde uns nen unrecht don, unde scoln des woldech wesen, dat we don vor en jewelkeme minne eder recht. Wanne oc se unde ere rechten erven willet losen desse slot unde dit gut, so scoln se uns dat kundeghen en jar vore, unde scoln uns gheven seventeyn hundert mark lodeges sulvers Hildensemscher wichte unde witte. Dit vorbenomde sulver scoln se uns unde unsen rechten erven bereden to Hildensem eder to Brunswic eder to Hannover, in welker desser dryer stat we dat hebben willen, unde scoln uns dat veleghen vor allen, de dor se don unde laten willet. We moghen oc se um desse losinghe binnen dren jaren nicht manen; na den dren jaren moghe we en de losinghe kundeghen alle jar, so scoln se uns dit vorbenomde sulver bereden, als hir vore screven is. Were, dat desser slot wellec vorloren worde, des nicht en sche, so scolden se uns an dem gude also langhe sitten laten unde uns behulpe wesen, went se uns der slot weder helpen eder uns dat sulver weder gheven. Were oc, dat se de montye verkoften, wat andere stede unde dat lant darto dede, dat scolde Halremunt unde Eldaghessen oc don. Dit hebbe we vorbenomde vere van Salder an truwen ghelovet unde teyn borghen mit uns; ginghe aver der borghen jenech af, so scolde we bi eneme mande enen andern in sine stede setten. Dit hebbe we ghelovet den vorsegheden vorsten unde eren mannen, hern Boldewin

Digitized by Google

van Dalem, hern Herborde van Mandeslo, hern Otten unde hern Werner Groten, hern Johanne van Salder, hern Seghebande van Wittorpe, hern Johanne van Alten, hern Diderike van Alten, hern Hempen van deme Knesbeke, riddern, unde hern Wedekinde, ereme scrivere. Dit is gheschen na Goddes bort dusent unde drehundert jar in deme twinteghesten jare, an sunte Nycolaus daghe, to Hannover. [2]

Nach Sudendorf.

*143. Herzog Otto von Braunschweig verkauft die Münze und den Wechsel zu Hannover an die Ritterschaft und die Stadt Hannover. Zugleich ertheilt er der Stadt Vergünstigungen wegen des Messens des Hafers und Verkaufs von Bier. 1322. Febr. 2.

We van Goddes gnaden Otto hertoghe to Bruneswich unde Luneborch, de eldere, willet wesen bekant alle den, de dessen bref horet unde set, dat we mit vulbort user kindere, de we nu hebbet unde eft us noch kindere worden, unde al user rechten erven hebbet verkoft de munte unde wesle to Honovere vryg unde ledich unde unbeworren van allen saken mit alme rechte eweleken den herren unde den ridderen unde der stad to Honovere unde deme gancen lande aldus beschedeleke, dat men schal nene penninge slan to Mundere, to deme Springe, to Eldaghessen, to Pattenhusen, to der Nyenstad unde to Celle, noch in sloten unde in alle deme lande, dat hir enbinnen begrepen is, sunder to Honovere in der Olden stad. Deselven penninge scolen menleke gan in alle dessen wichelden unde sloten unde in den landen, de to desseme kope ore ghelt ghegheven hebbet. We unde use erven scolen oc dat weren unde bewaren mit goden vlite, dat men anders nerghen uppe den slach penninge sla. De penninge scolen laten slan de riddere unde de rad to Honovere, dar scolen achte to sweren to eneme jare, ver

[2]) Abgedruckt bei Sudendorf, Urkundenbuch zur Geschichte der Herzöge von Braunschweig u. Lüneburg I, n. 340.

riddere oder knechte, de in desser munte beseten sin unde ver desser benomden ratman, dat se scolen de penninge bewaren na witte unde sinne, also et deme lande unde der stad to Honovere nutte si[1]. Wanne dat jar umme komen is, so scolen de ver riddere oder knechte andere vere in ere stede kesen, unde de ver radman andere vere radman kesen[2] na witte unde sinne, de dat selve to der munte unde wesle sweren, dat se vor ghesworen hadden, dat selve scal men don allejarlekes. Weret oc, dat de riddere oder de knechte darto nemende en setten, oder dat de, de se darto setten, des nicht don en wolden, so scolden de ver radman der achte macht hebben, also langhe wente de anderen vere darto ghekoren worden; dat selve scolden de riddere oder knechte don, ofte radman dar nemende to en setten, eder ofte, de se darto setten, des nicht don en wolden, also langhe, wente de anderen vere darto ghekoren worden. Weret oc, dat

[1]) Ueber die ersten Münzherren hat die Hohmeister'sche Chronik (Bibliothek zu Wolfenbüttel, Extravagantes 91, 13.) zum Jahre 1324 aus einer jetzt verlorenen Urkunde folgende interessante Notiz aufbewahrt: Hoc anno hebbe de muntheherrn sick ihn Hannover mit einander berekendt, als nemblich her Henrik van Wetberge, her Henrik Knigge, riddere, Johan van Sparbergen, Jacob van Harboldessen, knapen, vortmer Johan van dem Steinhuess de olde und Cordt van der Nienstadt und Herman Seldenbut de elder, also dat de riddere und knapen, proveste und dat landt der stadt tho Hannover schuldig bleven van der munthe wegen 100 lodige marck. — Eine andere, das älteste Münzwesen zu Hannover betreffende Notiz liefert das Bürgerbuch (Liber burgensium) p. 326: Anno Domini M°.CCC°.XXI°. Arnoldus Suring, monetarius, dedit literas dominis consulibus, qualiter novi denarii exire deberent hujus anni, quas in uno articulo, videlicet quod pro marca Bremense viginti et quatuor solidi dare deberet, non servavit; item pronunciari petivit, quod coram judicio unicuique vel coram nobis de incusandis satisfacere voluerit, quod fuerat pronunciatum publice; et postea negavit consulibus, nec eisdem justiciam facere rennuit; item dicebat coram domino duce, quod domini consules ab eo dictas literas extorserint contra suam voluntatem. Dieselbe Notiz ist auch in das älteste Stadt-Copialbuch übergegangen und daraus im Vaterl. Archiv, 1844. S. 493, abgedruckt.

[2]) Hierauf bezieht sich das Statut vom 14. Februar 1348. Vaterl. Archiv 1844. S. 326.

Digitized by Google

de penninge sec vortreden eder andere penninge darup gheslaghen worden, dar en scolden se nene not umme liden, noch anders nene vare draghen, sunder alle dingc, de to der munte unde wesle horet, de scolen degbere to on stan unde bliven. Were oc, dat jenech bisprake eder jenech hinder an desseme kope worde, oft an jeneghen dinghen, also hir vor bescreven is, dar scolde we unde use erven se van untwerren, unde ere rechte warent unde helpe darto wesen mit goden vlite unde mit goden truwen, sunder allerleyge bewernisse. Alle desse rede love we entruwen unbrekeleke to holdende in dessem breve. Wanne we oc afghinghen, so scolden use erven alle desse bescrevenen dingc halden. Ghinghe we oc af, des Got nicht ne wille, ane erven, so scolden de, up de de stad to Honovere unde dat lant erstorve eder queme, de vorbenomden herren, riddere, knechte unde borghere vorwisnen, dat se on alle vorbescrevenen rede vestlike unde sunder allerleyge bewernisse halden, went se de stucke, de hir bescreven sint, umme ore penninge gekoft hebbet; de wile dat se des nicht erwisnet weren, so en scolde de stad unde slot unde lant en nicht huldeghen.

Hirto hebbe we on desse gnade gheven, dat se moghen den haveren meten, also den ghersten, ane treden unde ane drucken. Oc moghen se ber in tonnen verkopen, dest us use rechte tolent werde van den, de us tolent plichtich sin.

Dat desse dingc vast unde ewich bliven, hebbe we dessen bref laten ghevestenet mit usen ingheseghele, de is ghegheven na Goddes bort dusent unde drehundert jar in deme tweuntwinteghesten jare, to user Vruwen daghe to lechtmissen.[3]

(An jedem der beiden vorhandenen Originale hängt das Siegel an einer aus rothen und gelben seidenen Faden gedrehten dicken Schnur in Leinwand eingenäht.)

Stadt-Archiv.

[3]) Abgedruckt bei Sudendorf, Urkundenbuch zur Geschichte der Herzöge von Braunschweig und Lüneburg I, n. 357, nach einem anderen Originale, als wir hier benutzt haben.

Digitized by Google

***144. Die Junker Otto und Wilhelm von Braunschweig genehmigen den Inhalt der vorstehenden Urkunde ihres Vaters. 1322. Febr. 2.**

We Otte unde Wilhelm[1] van Goddes gnaden juncherren to Bruneswic unde Luneborch willet wesen bekant alle den, de dessen bref horet unde set, dat use vader, hertoghe Otto, mit usen willen unde vulbort heft vorkoft de munte unde wesle to Honovere vryg, ledich unde unbeworren van allen saken mit alleme rechte eweleken den herren unde den ridderen unde der stad to Honovere unde alle deme gancen lande, aldus beschedeleke, dat men scal nene penninghe slan to Mundere, to deme Springe, to Eldaghessen, to Pattenhusen, to der Nyenstad unde to Celle, noch in sloten unde in alle deme lande, dat hir enbinnen begrepen is, sunder to Honovere in der Olden stad. De selven penninge scolen meynleke gan in allé dessen wichelden u. s. w. wie die vorhergehende Urkunde.

Dat desse dinge vast und ewich bliven, hebbe we dessen bref laten ghevestenet mit usen ingheseghelen, de is ghegheven na Goddes bort dusent unde drehundert jar in deme tweuntwinteghesten jare, to user Vruwen daghe to lechtmissen.[2]

(An jedem der beiden vorhandenen Originale hängen 2 Siegel an aus rother und gelber Seide gedrehten Schnüren in leinenen Ueberzügen.)

Stadt-Archiv.

145. Der Rath zu Hannover leihet von Hermann von Minden, Canonicus zu St. Andreae in Hildesheim, ein Capital von 24 Mark zu Erbauung einer Wechselbude. 1322. Juni 6.

Nos consules civitatis Honovere efficaciter et dilucide presentibus protestamur, quod domino Hermanno de Minden, canonico Sancti Andree in Hildensem, pro XXIIII

[1]) Wilhelm, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, † 1369.

[2]) Nach dem Copialbuche abgedruckt in d. Vaterl. Archiv 1844. S. 164 ff.; nach einem anderen Originale, als wir benutzt haben, bei Sudendorf, Urkundenbuch zur Gesch. der Herzöge von Br. u. Lün. I, n. 358.

Digitized by Google

marcis puri argenti Hildensemensis ponderis et valoris, positis et conversis ad comparacionem et fabricam camerarum, que dicuntur »wesslebode«[1], trium marcarum puri argenti Hildensemensis ponderis et valoris ad tempora sue vite vendidimus et presentibus vendimus pensiones in festo Mychaelis annis singulis persolvendas, condicionibus hiis adjectis, ut, si ipsum infra quatuor annos ex nunc proximos et continuos contingat ingredi [viam] carnis universe, post mortem suam anno proximo et continuo pensiones, scilicet trium marcarum, suis testatoribus, vel cui ipse assignaverit, ex integro persolventur; post istos vero quatuor annos, quociens ipse festum Jacobi vivus attigerit, pensiones suas antedictas in festo Mychaelis proximo et continuo, etsi antea moriatur, persolvemus. Promittimus et data fide, quod nulla principum controversia, inhibicione seu arrestacione, et domini nostri ducis Luneburgensis seu cujuscumque alterius persone singularis ecclesiastice vel secularis, obstante dictas pensiones eisdem infra muros nostre civitatis pro suo commodo persolvemus. Preterea si ipse vel nuncius suus venerit in dicto termino, scilicet festo Mychaelis, pro solucione dicte pensionis, et in biduum non fuerit expeditus, nos propter moram expensas extunc faciendas eidem quitabimus et solvemus, et ad hujus rei evidentiorem permanentiam renunciamus omni exceptioni non numerate pecunie et legis, juris et canonis beneficio, quo possemus istum bone fidei contractum cassare vel infirmare in toto vel in aliqua ejus parte. In quorum testimonium sigillum nostre civitatis presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CCC°.XXII°, in octava pentecostes.

Liber burg. p. 323 sq. (durchstrichen.)

[1]) Das städtische Münzgebäude lag neben dem jetzigen Soden'schen Kloster im Klostergange. Nachdem die Stadt aufgehört hatte, das Münzrecht auszuüben (gegen den Schluß des 14. Jahrhunderts), war es eine Zeit lang an die Landesherrschaft zum Mitgebrauch vermiethet.

Digitized by Google

146. Der Rath zu Hannover leihet von dem Hildesheimer Vicar Engelhard von Elbinghausen behuf Erbauung einer Wechselbude ein Capital von 44 Mark. 1322. Juni 6.

Ut via precludatur malitiis et contractus bone fidei suo robore perseverent, discretorum consuetudine et consilio est introductum, actus humanos scriptis et sigillis autenticis roborari. Nos igitur consules civitatis Honovere presentibus literis nostre universitatis sigillo auctentice roboratis dilucide protestamur, quod maturo concilio prehabito pro quadraginta quatuor marcis puri argenti Hildensemensis ponderis et valoris positis et conversis ad comparacionem et fabricam camerarum, que dicuntur »weslibode«, vendidimus et presentibus vendimus domino Enghelhardo de Elbinghehusen, perpetuo Hildensemensis ecclesiae vicario, quinque marcarum puri argenti Hildensemensis ponderis et valoris pensiones in festo Mychahelis annis singulis persolvendas, excepcione, compensacione seu impedimento quolibet quiescente; condicionibus hiis adjectis, ut dictus dominus Enghelhardus dictas quinque marcarum pensiones percipiet ad tempora sue vite, etiam contradiccione avunculi sui infra scripti non obstante. Ipso vero de medio sublato, trium marcarum pensiones ad nos libere revertentur, reliquas vero duarum marcarum pensiones percipiet Johannes de Linden senior, filius sororis dicte Godelen domini sepe dicti, ad tempora dumtaxat sue vite. Si vero dictum dominum Enghelhardum seu utrumque eorum infra quatuor annos ex nunc proximos et continuos, quod Deus avertat, mori contingat, pensiones anni proximi et continui testatoribus eorumdem persolventur; post istos vero quatuor annos, quicunque ex eis festum beati Jacobi vivus attigerit, pensiones persolvendas in festo Mychahelis proximo et continuo, eciam si moriatur, ex integro percipiet et habebit. Promittimus eciam data fide, quod cautum esse volumus personis sepedictis, ut nulla principum controversia seu inhibicione vel arrastacione, etiam domini nostri ducis Luneburgensis seu cujuscumque persone singularis ecclesiastice vel secularis non obstante, dicte pensiones

Digitized by Google

infra muros nostre civitatis predictarum personarum commodo et utilitate persolventur. Preterea si nunctius eorum in dicto termino, scilicet festo beati Mychahelis, venerit pro solucione dictarum pensionum et infra biduum non fuerit expeditus, nos propter moram expensas ex tunc faciendas eidem quitabimus et solvemus. Ut vero dictus contractus eo sit permanencior, quo diuturnior perseverat, renunctiamus omni excepcioni non numerate pecunie, legis, juris et canonis beneficio, quo possemus ipsum circumvenire, cassare seu infirmare in toto vel in aliqua ejus parte. In quorum ommium evidens testimonium sigillum nostre civitatis presentibus est appensum. Datum anno Domini M°. CCC°. XXII°, in octava pentecostes. Nec superlineari posito in capite litere obstante, quin presens scriptum sui roboris optineat firmitatem.[1]

Liber burg. p. 323. (durchſtrichen.)

*147. Der Rath zu Hannover ertheilt ſeine Einwilligung, daß dem Bürger Johann von Steinhaus dem Aeltern und ſeinen Erben das Patronatrecht über einen von ihm dotirten Altar (den Hochaltar) in der Capelle St. Nicolai zuſtehen ſolle. 1323. März 6.

Nos consules civitatis Honovere recognoscimus publice per presentes, nos provido et maturo super hoc habito consilio consensisse, quod Johannes de Lapidea Domo senior et sui heredes jus patronatus altaris in capella sancti Nycolai extra muros nostre civitatis et in parra ec-

1) Nec superlineari — firmitatem iſt von derſelben Hand, welche die ganze Urkunde eingetragen hat, und ſoll wahrſcheinlich nur den Grund angeben, weßhalb dieſelbe in das Bürgerbuch eingetragen worden iſt. — Oben am Rande ſteht von einer ſpätern Hand (circa 1350): Dominus Enghelbertus *(sic)* obiit; ideo dabuntur domino Johanni de Linden tantum due marce. Am Rande ſteht noch: Hec litera est nunc penitus cassata cum restitutione XIIII marcarum purarum, quas recepit plebanus in Nendorpe ad manus domini Johannis de Linden, anno Domini 1357, presentibus apud persolutionem Johanne Karebom, Conrado de Gledinghe, Henrico de Stenhus et Ludolfo Luceken, filio Olrici. — Die Urkunde iſt bis: in octava pentecostes abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 323.

Digitized by Google

clesie sancti Spiritus, cujus ecclesie jus patronatus ad nos spectat, dotati concilio et auxilio ejusdem Johannis cum licentia et consensu nostro, habebunt perpetuis temporibus, et collationem hujus perfruentur; super quo ne in posterum oriatur dubium, presentem eis dedimus literam inde confectam, ad majorem hujus rei evidentiam sigillo nostre civitatis munitam. Datum anno Domini M°.CCC°.XXIII°. dominica, qua cantatur *Letare*.

(Siegel der Stadt.)

Stadt-Archiv.

***148. Graf Adolf von Schauenburg schenkt der Nicolai-Capelle zu Hannover das Obereigenthum von 2 Hufen Landes in Linden, womit Johann von Steinhaus der Aeltere einen Altar (den Hochaltar) in jener Capelle dotirt hatte. 1323. März 20.**

Dei gracia nos Adolfus comes Holtsacie et in Scowenborch universis presentia visuris seu audituris volumus esse notum, quod cum consensu et voluntate dilectorum fratrum nostrorum Gerhardi et Erici et omnium heredum nostrorum, quorum interest, ad honorem Dei omnipotentis et beati Nycolai necnon ad instanciam precum nobis dilecti Johannis senioris dicti de Stenhus, burgensis in Honovere, mancipavimus proprietatem duorum mansorum in Linden et ipsorum attinencium, quibus mansis dictus Johannes a nobis inpheodatus fuerat, atque damus in hiis scriptis liberaliter ad altare sancti Nycolai capelle Honoverensis extra muros, ut dotetur eisdem bonis ac proprietate eorundem perpetuo altare supradictum. In cujus donationis evidens testimonium fecimus hanc literam inde confectam munimine sigilli nostri roborari.

Nosque preterea Dei gracia Gerhardus et Ericus domicelli de Scowenborch supradicti recognoscimus presentibus in eisdem, quod donationi dictorum bonorum ac proprietatis eorundem consensimus et ipsam ratam semper servare volumus atque firmam.

Datum anno Domini M°.CCC°.XXIII°, in festo palmarum.

(Siegel des Grafen Adolf.)

Stadt-Archiv.

Digitized by Google

*149. **Der Rath zu Hannover meldet dem Herzoge Otto von Braunſchweig, daß die Gebrüder von der Neuſtadt anerkennen, daß das ihnen verliehene Patronatrecht über den von ihnen dotirten Altar in der Egidienkirche nach ihrem Tode an den Herzog zurückfalle. 1324. Auguſt 15.**

Illustri principi domino suo dilecto Ottoni domicello de Bruneswic et Luneborgh consules in Honovere cum omni subjectione servicium tam debitum quam paratum. Noverit vestre dominationis celcitudo, quod Johannes et Conradus fratres, necnon Rotbertus, filius jam dicti Johannis dicti Nyenstat[1], socii nostri consulatus, in presentia nostra constituti, recognoscentes publice protestando, quod jus patronatus et porrectio altaris dotati in ecclesia sancti Egidii vestre civitatis Honovere, quod eisdem ad tempora vite sue ad porrigendum concessistis, post mortem ipsorum trium ad vos et ad vestros heredes libere revertetur et solute, quam recognitionem coram nobis factam sub sigillo burgensium predicte civitatis vestre presentibus duximus protestandam. Datum anno Domini M°.CCC°.XXIIII°, in assumptione beate Marie perpetue virginis[2].

(Siegel der Stadt Hannover.)

Königl. Archiv.

*150. **Der Rath zu Hannover bezeugt, daß Ludburgis, die Witwe des Hannoverſchen Bürgers Marquard [von Bornem], ihr an der Oſterſtraße belegenes Haus dem Wiscelus Blome und Hermann vom Marienroder-Hofe abgetreten habe[1*]. 1324. Aug. 15.**

Nos consules in Honovere tenore presentium publice protestamur, quod constituta coram nobis domina Lubbeke, relicta quondam parvi Marquardi, nostri concivis,

[1]) Derſelbe Rotbertus civis in Honovere, Johannis de Nova civitate filius erſcheint mit Gotswinus ante Pontem, civis in Honovere, in Urkunden vom Jahre 1325, welche Güter in „Disbere" bei Pattenſen betreffen. Vgl. Loccumer Urkundenbuch S. 438.

[2]) Abgedruckt bei Sudendorf, Urkundenbuch zur Geſchichte der Herzöge von Braunſchw. u. Lüneb. I, n. 394.

[1*]) Vgl. hierzu die Urkunde vom 21. Mai 1328.

resignavit domum suam in Orientali platea sitam, que Conradi Scaperes fuerat, Wiscelo Blomen et Hermanno de curia monachorum de Betzingerode[2] libera voluntate. In cujus resignationis evidens testimonium nostre civitatis sigillum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M°.CCC°.XXIIII°, in assumptione beate Marie semper virginis.

(Siegel der Stadt Hannover.)

Stadt-Archiv.

*151. Der Convent zu Loccum verkauft dem Rathe zu Hannover für die Hospitale St. Spiritus und St. Nicolai einen Hof in Schliekum (Kirchsp. Jeinsen, Amts Calenberg). 1325. Febr. 1.

Nos frater Lesshardus[1] dictus abbas totusque conventus monasterii in Lůcka, ordinis Cisterciensis, recognoscimus et tenore presentium publice protestamur, quod de unanimi consensu et voluntate vendidimus pro nonaginta marcis Bremensis argenti curiam nostram quatuor mansorum in Sclikem[2*] cum sua proprietate et universis suis juribus et utilitatibus atque attinenciis, tam in villa, quam extra villam, in agris, pratis, pascuis, aquis atque silvis, cultis pariter et colendis, discretis viris consulibus in Hovere et provisoribus domorum seu hosspitalium sancti Spiritus et sancti Nycolai infra muros et extra muros ejusdem civitatis ad manus pauperum in eisdem domibus existentium perpetuis temporibus libere possidendam; volentes eciam prelibatos consules ac provisores, necnon

2) Herman in der Moneke hove erscheint in dem Bürgerbuche (S. 29) als Bürge für einen neuen Bürger.

1) Lesshard II. (von Bardeleben) wurde 1325 Abt zu Loccum und resignirte 4. Januar 1327. Merkwürdig ist die Notiz in Weidemann's Gesch. des Kl. Loccum S. 23, daß „Lesshard ein Stadtjunker aus Hannover gewesen seyn solle."

2*) Diesen Hof hatte das Kloster Loccum von Bodo von Müllingen gekauft, die von Adenoys aber das Obereigenthum darüber dem Kloster 1265 übertragen; s. Calenb. Urkundenbuch, Loccum n. 246. — Noch jetzt ist der Hof den beiden Hospitalen St. Spiritus und St. Nicolai meierpflichtig.

Digitized by Google

pauperes jam predictos jugiter warandare, quandocumque et ubicumque necesse habuerint, pre omni impetitione hereditaria et proprietatis bonorum predictorum. In cujus rei evidens testimonium presens scriptum munimine sigilli nostri conventus fecimus roborari. Actum et datum anno incarnationis Domini M°.CCC°.XXV°, in vigilia purificationis sancte Marie perpetue virginis [3].

(Das Siegel des Abts ist beschädigt.)

Stadt-Archiv.

*152. Siegfried von Roden, Ritter, söhnt sich mit der Stadt Hannover aus. 1325. April 14.

Ec her Sivert van Roden, riddere, bekenne unde bethughe in dessem breve, de ghevestenet is mit mineme inghesegbele, dat ek mit vulbort miner rechten erven hebbe mec ghesonet unde vorevenet mit deme rade unde der menen stat unde allen borgheren to Honovere, umme allerhande scelinge unde sculde, de twischen on unde os went to desser tit ghewesen hebbet, also dat ec, her Sivert, unde mine erven den benompten rat unde de stat unde de borghere menlike unde sunderlike nicht mehr bedeghedingen unde sculdeghen scolen umme jennegherhande sake, de under on und os went to desser tit ghewesen hebbet; dat heb ec on ghelovet unbreclike to holdende, unde lovet in dessem breve.

Vortmer we, her Sivert van Rutenberghe, riddere, Henric van Reden unde Johan van Eydenhusen, knechte, bekennet unde betughet under usen inghesegbelen in dessem breve, dat we mit anderen vromen luden desse eveninge unde sone ghedeghedinget unde soneslude ghewesen hebbet.

Desse bref is ghegheven na Goddes bort dusent unde drehundert jar in deme viventwinteghesteme jare, in deme achtendeme daghe na paschen [1].

(Anhängend 4 Siegel.)

Stadt-Archiv.

[3]) Gedruckt in von Hodenberg's Loccumer Urkundenbuch n. 427 a.

[1]) Mit den 4 Siegeln abgedruckt bei Grupen, Origg. et antiqq. Hanov. S. 376 f.

153. Biſchof Ludewig von Minden ertheilt den Wohlthätern des Hospitals St. Spiritus in Hannover Ablaß. Hannover, 1325. Mai 5.

Nos Lodevicus Dei gratia Mindensis ecclesie episcopus [1], moti misericordia circa pauperes infirmos hospitalis sancti Spiritus infra muros Honovere, universis Christi fidelibus, qui iisdem infirmis propter Deum elemosinas suas erogaverint et manum porrexerint adjutricem, dum tamen vere contriti fuerint et confessi, quadraginta dierum indulgentiam de injuncta sibi penitentia misericorditer in Domino relaxamus, dantes hoc scriptum sigillo nostro munitum in testimonium super eo. Datum Honovere anno Domini MCCCXXV, dominica Cantate.

Aus einer Abſchrift Grupen's im Corpus Bonorum des Hospitals St. Spiritus Vol. I.

*154. Hugo von Eſcherde, Ritter, Brüning von Alten und Heinrich von Reden, Knappen, bezeugen einen zwiſchen den Gebrüdern Ketelhot und den Müllern Heinrich Trippen und Ludolf Luchten wegen der ſog. Luchtenmühle geſchloſſenen Vergleich und verbürgen ſich für deſſen Erfüllung. 1325.

Nos Hugo miles dictus de Escherte, Bruningus de Alten et Henricus de Reden, famuli, notum esse volumus omnibus, quibus hec litera dabitur legenda vel recitabitur audienda, quod amicabilis compositio facta est coram judicio et advocato illustris principis de Brunswic et Luneborch pro discordia, que vertebatur inter fratres dictos Ketelhot parte ex una, et Henricum dictum Trippene ac Ludolfum dictum Luchten, molendinarios, parte ex altera, ita quod Arnoldus Ketelhot predictis molendinariis ac ipsorum heredibus molendinum, de quo erat discordia, quem dictus Luchte inhabitat [1*], coram dicto advocato dimisit et resignavit. Prefatus eciam Arnoldus promisit

[1]) Ludwig, Herzog von Braunſchweig und Lüneburg, war Biſchof von Minden von 1324—1346.

[1*]) S. die Anmerk. zu der Urkunde vom 16. Auguſt 1312, n. 110.

Digitized by Google

predictis molendinariis ac ipsorum heredibus, quod fratres sui ac ipsorum heredes ipsis debent sine contradictione aliqua dimittere et resignare. Preterea recognoscimus sub sigillis nostris huic litere appositis, quod ad petitionem predicti Arnoldi data fide promisimus jam dictis molendinariis ac ipsorum heredibus, quod omnes fratres ejusdem Arnoldi ac ipsorum heredes eis debent omnia prescripta sine contradictione aliqua fideliter adimplere. Datum anno Domini M°.CCC°.XXV°.

(Anhängend 3 Siegel.)

Stadt-Archiv.

***155. Der Rath zu Hannover bezeugt, daß die Vorsteher des Hospitals St. Spiritus sich verpflichtet haben, den beiden Töchtern Arnold Greve's, Nonnen zu Wülfinghausen, eine Jahresrente von 2 Mark auszuzahlen. 1326. Septbr. 29.**

Nos consules in Honovere recognoscimus et sub sigillo nostre civitatis presentibus protestamur, quod provisores pauperum domus sancti Spiritus infra muros predicte civitatis nostre singulis annis de redditibus predictorum pauperum unam marcam Bremensis argenti in festo pasche, necnon unam marcam ejusdem argenti in festo Michahelis filiabus quondam Arnoldi Greven pie memorie, Alheydi videlicet et Dangburgi, sanctimonialibus in Wulvinghusen, quoad tempora vite sue expedite ministrabunt; quando vero earundem sororum aliquam mori contingerit, alia, que supervixerit, pensionem predictarum duarum marcarum ad vite sue tempora integriter quovis anno tollerabit, ad quc dictas sorores fideliter promovebimus, si prelibati provisores, quod absit, in exsolutione prescripte pensionis exstiterint negligentes; ambabus etenim sororibus Alheydi et Dangborgi in Domino defunctis pretaxati pauperes et eorum provisores a pensione predictarum duarum marcarum amplius soluti erunt, et quiti de ipsa simpliciter permanebunt. Datum anno Domini M°.CCC°.XXVI°, in festo Michahelis.

(Stadt-Siegel.)

Stadt-Archiv.

Digitized by Google

***156. Der Rath zu Hannover bezeugt, daß Hermann Seldenbut der Aeltere an Walther Goldschmidt und seine Ehefrau die Hälfte eines Hofes zu Arnum [Amts Hannover] unter Vorbehalt des Wiederkaufsrechts für 400 Mark Bremer Silber verkauft habe. 1327. Jul. 25.**

Nos consules in Honovere recognoscimus et sub sigillo nostre civitatis presentibus protestamur, quod constitutus coram nobis Hermannus dictus Seldenbut senior vendidit cum consensu fratris sui Henrici et filiorum suorum Hermanni, Henrici et Conradi pro quadraginta marcis Bremensis argenti medietátem curie in Ernem, cum omni jure et utilitate, tam infra, quam extra villam ipsum contingentem, Walthero Aurifabro et Bertradi, uxori sue, ac ipsorum veris heredibus et ad manus eorum Johanni de Indagine, campsori, Wasmodo Aurifabro et Godefrido de Lente juniori et eorum heredibus tali forma, quod idem Hermannus senior et sui heredes eadem bona infra quatuor annos proxime nunc futuros pro prescripta pecunia reemere poterint in festo beati Jacobi, quandocumque voluerint, dummodo prescriptis emptoribus in septimana paschali proxime precedente fuerit intimatum, promisitque coram eisdem emptoribus predictorum bonorum firmam prestare warandiam, ubicumque et quandocumque necesse habuerint et ab eis fuerit requisitus, pre omni hereditaria impetitione Hermannus senior antedictus. Si vero prescripta bona, ut premissum est, in prehabito termino reempta non fuerint, extunc idem Hermannus sepedictus emptoribus ea coram patronis eorundem ipsis resignabit et bona fide promovebit, ut inpheodentur ab eisdem patronis bonis memoratis, ordinabitque ipsis fieri divisionem predicte curie de fratre suo Henrico predicto et suis heredibus, quandocumque ab eis fuerit requisitus. Insuper Henricus Seldenbut antedictus necnon prenominati filii sui presentibus nobis prenarratis emptoribus et eorum heredibus promiserunt in hunc modum, quod, si in prefato Hermanno seniore et suis heredibus defectum in promissis sustinuerint et eos proinde monuerint, infra mensem proximum post

Digitized by Google

monitionem eis hujusmodi defectum integriter supplere debeant atque velint. Datum anno Domini M°.CCC°.XXVII°, in festo beati Jacobi.

(Siegel der Stadt.)

Königl. Archiv.

*157. **Die Gebrüder von Wettbergen verkaufen dem Vicar Robert Binnenwis für den Johannis-Altar in der Egidienkirche einige Güter zu Harkenbleck (Amts Hannover). [Harkenbleck,] 1327. Juli 29.**

Nos Everhardus de Wedberge et Wlfhardus ac Eberhardus, filii sui, Wlfhardus et Enghelbertus, fratres dicti de Wedberge, filii quondam Wlfhardi militis dicti de Wedberge[1], presentibus recognoscimus, quod de communi consensu et beneplacito nostro ac omnium, quorum interest, domino Jacobo, plebano Sancti Egidii[2] in Honovere, ad manus domini Rotberti dicti Binnenwis, sacerdotis, ac successoribus suis ad viccariam altaris sancti Johannis ewangeliste in ecclesia sancti Egidii in Honovere vendidimus et presentibus vendimus pro quadraginta quinque marcis Bremensis argenti tres mansos cum una curia et area in campis ville Herkenblede sitos cum omni jure et utilitate, tam in villa, quam extra villam, in pascuis, pratis, silvis, nemoribus, viis, inviis et eorum proventibus universis ubicumque situatis, sicut eos hactenus ab ecclesia sancti Mauritii Montis Hildensemensis tenuimus ab omni advocatia liberos cum suis juribus universis. Nos itaque venditione dictorum bonorum et solutione dicte pecunie, ut dictum est, completa, jam dictos mansos cum juribus et curia et area supradictis in publico „goding“ in curia predictorum mansorum in villa prescripta coram pluribus

[1]) Ritter Wulfhard von Wettbergen war ein Bruder des obengenannten Knappen Eberhard; in einer ungedruckten Urkunde des Jahres 1306 heißt es: Wulfhardus miles et Everhardus famulus, fratres dicti de Wetberge.

[2]) Nach der Urkunde vom 21. Mai 1328, n. 159. war dieser Jacobus auch Stellvertreter des Archidiaconus zu Pattensen.

Digitized by Google

canonicis, domino Thiderico de Kramme, domino Bertrammo dicto Bok, domino Arnoldo Frisoni; domino Wilkino, plebano in Welkenborch; domino Thiderico dicto Ruce, militi, ac Henrico dicto de Lathusen et Wlvero dicto de Wedberge, famulis, et burgensibus Johanni de Nyenstad, Rotberto, filio suo, et famulo dicto Winningehusen ac Bertrammo Soleborn et aliis civibus ex eadem villa, Marquardo Piscatori, Johanni de Koldinge ac Henrico dicto Niemeyger necnon Alberto villico et aliis pluribus testimonio et fide dignis ore et digito libere resignavimus, nichil juris nobis et nostris heredibus in dictis bonis nunc et in posterum reservantes. Insuper unanimi consensu pro nobis et pro omnibus heredibus nostris et pro omnibus, quorum interest vel interesse poterit, presentibus renuntiamus si[3] actioni seu inpetitioni, quibus sepe dictorum mansorum venditio vel presens littera inde conscripta possit per nos vel per nostros heredes in posterum infringi vel aliquatenus inpediri, domino Jacobo et domino Rotberto ac successoribus suis habentes[4] viccariam illius altaris.

Lodewicus Dei gracia Mindensis ecclesie episcopus dilectis sibi consulibus in Honovere salutem in Domino. Quoniam ex elemosinis vestris et aliorum fidelium ecclesiam sancti Spiritus et sancte Crucis vobiscum de novo construxistis, maxime ob hoc, ut in veteri ecclesia sancti Spiritus ibidem debiles ad audiendum et videndum divina comode ponerentur: unde vestro pio desiderio inclinati, vobis indulgentes et faventes, ut, quos decreveritis, debiles ponatis ad eandem, insuper concedimus eisdem debilibus propter Deum, quod pars cimiterii ejusdem veteris ecclesie ad edificia et ad alia spacia honesta ipsis conveniencia, prout vobis visum fuerit, reponatur. Ceterum altaria et altariste ejusdem veteris ecclesie, si transferri ea decreveritis ad novam ecclesiam predictam, transferimus hujusmodi, que vobis transponi placuerit, in nomine Domini in hiis scriptis, dummodo debilibus predictis ad minus unus altarista ibidem reservetur vel ordinetur ad servandum cottidie missam coram eis, preterea altaria vel altare, que vel quod quispiam ad manus vestras in eisdem ecclesiis dotare vel de novo construere voluerit, quod quivis licite poterit, de quo vobis per hec scripta indulgemus et favemus cum jure presentandi eadem, quociens vacare contingerit, ydonco seu ydoneis sacerdotibus, dummodo ordinetur, ut altariste hujusmodi ad nutum et voluntatem plebani ibidem rite se regant et habeant ecclesiis in eisdem. Etiam quodsi aliquis propter Deum hujusmodi altarium aliquod dotaverit et illud amico suo in prima presentatione habere decreverit, qui tamen annos sacerdotales non habuerit, cui propter devotionem dotatoris altaris et causa studii quinque annis, ne in sacerdotem ordinetur, quousque debitos attingerit annos, indulgemus, dummodo

Digitized by Google

per sacerdotem ydoneum ad minus ter in ebdomada hujusmodi altare interim officietur in divinis, salvo tamen circa premissa jure archidiaconi et plebani. Datum nostro sub sigillo anno Domini M°.CCC°.XXXIII°, dominica, qua cantatur *Misericordia Domini.*[1]

(Siegel des Biſchofs.)

Stadt-Archiv.

***186. Die Herzöge Otto und Wilhelm zu Braunſchweig ertheilen den Bürgern zu Hannover das Privilegium, daß ſie für eine Laſt Heringe nur 25 Pfennige Zoll zu Winſen an der Luhe zu entrichten haben. 1333. Juli 25.**

Van Godis gnadhe we hertoghe Otto unde hertoghe Wilhelm van Brunswic unde van Luneborg, brodhere, bekennet in desseme openen breve, dat we user stad to Honovere unde usen borgheren darin binnen hebbet dhe gnade gheven, dat se van der last haringhes, dhe ere eghen is, schullen gheven vif unde twintich penninghe to tollen to Winsene up der Lu. Up dat desse dhing vast unde ewich bliven, so hebbe we use ingheseghele henght in dessen bref, unde is gheschen na Godis bord drilleynhundert jar in deme dre unde dritteghesten jare, in sunte Jacobus daghe.[1*]

(Anhängend 2 Siegel.)

Stadt-Archiv.

***187. Graf Johann (III) von Roden, der Jüngere, genehmigt die von ſeinem Vater (Grafen Johann II von Roden) geſchehene Schenkung einer Hufe Landes zu Limmer an den St. Johannis-Altar in der Egidien-Kirche. 1333. Juli 26.**

Nos Dei gratia Johannes comes de Roden et Wnstorpe junior recognoscimus, quod unius mansi donationem seu

[1]) Abgedruckt bei Moſer, Dipl. u. hiſt. Beluſtigungen V, S. 294 f. — Schlegel, Churhannoverſches Kirchenrecht IV, S. 517 f.

[1*]) Abgedruckt bei Sudendorf, Urkundenbuch I, n. 555.

Digitized by Google

appropriationem siti in Lymbere cum omnibus suis pertinentiis, quemadmodum ipsum Henricus de Nyenstad bone memorie, burgensis in Honovere, possederat, factam a dilecto patre nostro ad altare sancti Johannis in ecclesia sancti Egidii in Honovere, gratam et ratam cum nostris coheredibus habemus, promittentes fideliter rectori altaris ejusdem et successoribus suis predictam donationem per nos et nostros coheredes perpetuis temporibus inviolabiliter observandam. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in crastino beati Jacobi apostoli anno Domini M°. CCC°. XXXIII°.

(Anhängend ein Siegel.)

Stadt-Archiv.

*188. **Heinrich von Wettbergen, Ritter, verkauft dem Hospitale St. Spiritus einige Leibeigene. 1334. März 20.**

Ego Henricus de Wedberghe, miles, recognosco presenti litera meo sigillo munita, quod cum consensu et voluntate domini Johannis sacerdotis [1], mei fratris, et filiorum meorum Johannis, Henrici, Lamberti et Bruningi vendidi et dimisi Johannem de Emesingheborstele, meum litonem, Conradum, Wichmannum et Johannem, ejus filios, ac Vredeken, ejus filiam, cum omni jure, quo michi pertinebant, pauperibus domus sancti Spiritus in Honovere et eorum provisoribus, necnon ad manus eorum consulibus in Honovere perpetuo possidendos; promitto etiam eis, quod predictorum litonum et ab ipsis profuturorum, quos etiam ipsis vendidi et dimisi, warandiam facere volo et debeo inviolabilem atque veram, quandocumque fuero requisitus.

Que omnia et singula supradicta nos Johannes, sacerdos, Johannes, Henricus, Lambertus et Bruningus predicti, supra scripti domini Henrici filii, protestamur esse de nostro beneplacito et consensu, et ea nostris sub sigillis

[1]) Pfarrer in Lüdersen, s. die Urkunden 174 und 175 von 1331.

Digitized by Google

fide data communicata manu una cum fratre atque patre nostro promittimus inviolabiliter observanda.

Datum anno Domini M°.CCC°.XXXIIII°, dominica palmarum. [2]

(Anhängend 6 Siegel.)

Stadt-Archiv.

*189. Dieterich von Alten, Ritter, schenkt dem St. Nicolai-Hospitale den s. g. Herwegscamp hinter dem Hospitalgebäude.
1334. Juli 25.

Omnibus, ad quorum presenciam presens scriptum pervenerit, ego Thidericus dictus de Alten, miles, cupio fore notum, quod unanimi consensu omnium heredum meorum, quorum interest et interesse poterit, ob salutem anime mee et progenitorum meorum infirmis Sancti Nycolai extra muros civitatis Honovere quosdam agros retro curiam eorundem infirmorum sitos, dictos »Herwegheskamp« [1], erogavi cum omni jure proprietatis et dominii perpetuo possidendos. In cujus rei evidens testimonium sigilli mei munimine roboravi presens scriptum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto, in festo beati Jacobi apostoli. *[2]

(Siegel, auf dem nur eben noch das Alten'sche Wappen zu erkennen.)

Stadt-Archiv.

190. Der Rath zu Hannover überläßt dem Johann Horst den Platz im Großen Wolfshorn (jetzt Große Packhofstraße), auf welchem die Hirsemühle errichtet worden, auf Erbenzins.
1334. Sept. 29.

Nos consules in Honovere recognoscimus in presenti litera nostre civitatis sigillo munita, quod Johanni dicto

[2]) Abgedruckt bei Moser V, S. 297 f.

[1]) Die Gärten und Häuser an der Langenlaube und an der Andreasstraße sind daher noch dem Hospitale St. Nicolai zinspflichtig.

*[2]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 57.

Digitized by Google

Horst[1], uxori sue et eorum heredibus, Brunoni ortulano et sorori sue Hillen, spacium, super quo molendinum dictum »Hersemolen« constructum fuerat, in majori Wlveshorne situm, pro annali censu dimidie marce Bremensis argenti locamus, unum fertonem in pascha et alium Mychabelis per ipsos nobis consulibus ministrandos annuatim.[2] Predictis vero Brunone et sorori sue[3] Hillen defunctis, dictus Johannes Horst et ejus heredes structuram, quam superstruxerint, usui suo obtinebunt pro censu memorato; si vero nos consules dicto spacio pro tempore egeamus, extunc ipsis edificium ejusdem spacii, prout possibile fuerit, exsolvemus, ut ipsi id, quod supra edificatum fuerit, ammonebunt[4] et, utcunque voluerint, deportabunt. Datum anno Domini M°. CCC°. XXXIIII°, in festo Michahelis.[5]

Aus dem älteſten Stadt-Copialbuch N. LVII. p. 58.

*191. Die Herzöge Otto und Wilhelm von Braunſchweig ſchenken dem Hospitale St. Spiritus den ſogenannten Bokemannscamp außerhalb des Egidien-Thores. 1335. Auguſt 10.

Dei gracia nos Otto et Wilhelmus domicelli de Brunswik et Luneborch universis Christi fidelibus, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, volumus esse notum, quod in honorem divini numinis et nostrarum ac progenitorum nostrorum animarum ob salutem proprietatem agrorum, qui »Bokemannescamp«[*1] nuncupantur, extra valvam sancti

[1]) Zufolge des Bürgerbuches (S. 19 u. 27) wurde dieſer Johannes de Horst 1326 oder 1333 Bürger.

[2]) In dem ſ. g. älteſten Copialbuche findet ſich S. 71 die Notiz: Domus, in qua fuit hersemole, dat 6 solidos pasche et totidem Mychahelis; vgl. Grupen, Origg. et Antiqq. Han. S. 285.

[3]) Lies: sorore sua.

[4]) Lies: amovebunt.

[5]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 285. — Vaterl. Archiv 1844, S. 207.

[*1]) jetzt am Bokemahl, wozu namentlich auch die Grundſtücke an der Großen Düwelſtraße gehören, die noch neuerdings dem Hospital St. Spiritus zinspflichtig waren.

Digitized by Go

Egidii civitatis nostre Honovere sitorum, cum omnibus suis attinenciis et juribus, quemadmodum eos Johannes de Waghencelle a nobis in pheodo tenuit, domui et paupe-
10 ribus sancti Spiritus in Honovere erogavimus et erogamus liberaliter in hiis scriptis. In cujus donationis evidens testimonium et ad perpetuam memoriam prescriptorum sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini M°. CCC°. XXXV°, in die beati Laurencii martiris.[2]

(Anhängend 2 Siegel.)

Stadt-Archiv

192. Der Rath zu Hannover leihet von den Teſtamentsvollſtreckern des weil. Johann von Heimbere 23 Mark Bremiſch, deren Zinſen mit 1½ Mark zu einer Memorie des Erblaſſers in der Kreuzkirche verwandt werden ſollen. 1336. März 31.

Nos consules in Honovere recognoscimus presenti litera civitatis nostre sigillo munita, quod maturo cum consilio omnium nostrorum vendidimus pro viginti et tribus marcis Bremensis argenti pensionem 1½ marcarum ejusdem argenti
5 testamentariis quondam domini Johannis de Heymbere pie memorie, videlicet dominis Frederico, plebano Sancte Crucis, Henrico de Rodenborch et Ludero Binnewis, vicariis in ecclesiis sancti Georgii et Egidii, necnon Johanni Finifici[1], singulis annis in die Sixti[2] [ad] peragendam memo-
10 riam prefati domini Johannis expedite per nos et nostros successores ministrandam. Nos et nostri successores habemus graciam reemendi pro memorata summa qualibet dominica Invocavit, dummodo prescriptos testamentarios per quartale unius anni fecerimus hoc prescire. Id idem
15 arbitrium habent testamentarii pecuniam repetendi ad comparandum perpetuos redditus nostro cum scitu [ad] memoriam supradictam peragendam. Si vero prefati testamentarii interim omnes morerentur, extunc plebano Sancte

2) Abgedruckt bei Moſer V, S. 298 ff.
1) wahrſcheinlich Funifici = Zelewinder.
*2) den 6. Auguſt.

Digitized by Google

Crucis, quicumque fuerit, atque predictorum vicariorum successoribus omnia premissa loco testamentariorum prefatorum servabuntur, quod et facient loco ipsorum, velud premissum est faciendum de memoria prenarrata. Datum anno Domini M°. CCC°. XXXVI°, in die pasche.[3]

Liber burgensium p. 97. — Vet. cop. N. LIII. p. 55.

*193. Graf Adolf von Holstein und Schauenburg schenkt dem Rathe zu Hannover zur Dotirung eines von Ulrich Lucke zu errichtenden Altares das Obereigenthum über den Niederhof und drei Hufen Landes in Ricklingen (Amts Linden), welche ihm die von Alten resignirt haben. 1336. Aug. 1.

Nos Adolfus Dei gracia comes Holtsacie et in Schowenborch recognoscimus, quod illi de Alten curiam et tres mansos in campis Minoris Riclinghe sitos, quos a nobis in pheudo tenuerunt, nobis in suis litteris libere resignarunt; resignatione vero predicta grata habita et gratanter accepta, nos habito respectu ad Deum propter salutem animarum progenitorum nostrorum nostrarumque animarum et amicorum nostrorum adhuc viventium, necnon Bruningi de Alten famuli, nostri specialis amici, precibus inclinati, proprietatem curie, que dicitur Nederhof, et trium mansorum in Minori Riclinghe[1] cum omnibus juribus et utilitatibus

[3]) In dem Liber burgensium ist von derselben Hand (s. XIV med.) die Notiz übergeschrieben: Hujus litere copia prius non habebatur, licet sit antiqua, et dabuntur modo tantum V fertones Bremenses. — Zu Ostern 1430 ist das Capital zu 57½ Goldgulden umgewandelt worden. — Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 287. — Vaterl. Archiv 1844, S. 202 f.

[1]) Grupen sagt im Corpus des geistlichen Lehnregisters Abth. II, S. 125: „Das Dorf Ricklingen ist vorhin getheilet gewesen in Großen- und Kleinen-Ricklingen; in Großen-Ricklingen lieget der Meyerhof, im Kleinen-Ricklinger Felde aber bei S. Anthonius-Capelle die dazu gehörige Länderey, gestalt denn in einer uralten Specification dieser Länderey davon also geschrieben: „„3 Hoven Landes — — liggen to Lutken-Ricklingen bi Sunte Antonies und werdet gebuwet uthe Groten-Ricklingen.““ Eine detaillirte Beschreibung der dazu gehörigen Grundstücke aus dem 16. Jahrh. findet sich in Brönnenberg's Samml. zur Hanov.-Braunschw. Landesgesch. I, S. 31 ff. Der Hof ist vor Kurzem abgelöst worden.

Digitized by Google

ad eos tam in villa quam extra villam pertinentibus, consensu heredum nostrorum omniumque ac singulorum, quorum interesse poterit, accedente, donavimus et presentibus donamus consulibus in Honovere ad altare dotandum, quod Olricus Luceke senior, burgensis ibidem, intendit dotare[2], vel, si ipse moreretur altari non dotato, ille vel illi, cui vel quibus idem Olricus altare dotandum committere dignaretur, quo altari dotato et clerico ad illud instituto idem clericus institutus et sui successores proprietatem dictorum curie et mansorum, quam ipsis per presentes in possessionem tradimus, cum eisdem curia et mansis perpetuis temporibus possidebunt; renunciantes omni juri, quod nobis et nostris successoribus in proprietate curie et mansorum premissorum competit seu competere poterit in futurum. Ceterum si predictos consules aut eundem Olricum seu illum vel illos, cui vel quibus idem Olricus altare dotandum committeret, aut sacerdotem ad altare dotandum institutum vel ejus successores ab aliquo seu aliquibus inpeti seu molestari contigerit, nos et nostri successores super hujusmodi nostra libera donacione plenam warandiam prestabimus, quando et quociens fuerimus requisiti. In premissarum nostre donacionis et warandie necnon in ceterorum premissorum testimonium nostra sigilla presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini M°. CCC°. XXXVI°, beati Petri ad vincula.

(Anhängend das Reitersiegel des Grafen.)

Stadt-Archiv.

***194. Brüning von Alten verkauft mit Genehmigung seiner Brüder Conrad und Ludwig einen Hof und drei Hufen Landes zu Ricklingen (Amts Linden) an Ulrich Luceke, behuf Dotirung eines Altars. 1336. August 22.**

Nos Conradus et Lodewicus, fratres Bruningi de Alten, famuli, recognoscimus presenti litera nostris sigillis munita,

[2]) den Altar S. Berwardi in der Kreuzkirche; s. Urk. v. 16. Oct. 1336.

Digitized by Google

quod vendicionem, qua idem Bruningus vendidit pheudum curie et trium mansorum sitorum in Minori Riclinghe cum eorum pertinenciis, tam in villa, quam extra villam, Olrico Luceken seniori, burgensi in Honovere, et illis, quibus idem Olricus altare dotandum committeret cum eisdem curia et mansis, si ipse decederet altari non dotato, necnon ad manus eorum consulibus in Honovere, gratam et ratam habemus, et eam cum nostro consensu et voluntate esse factam presentibus protestamur, volentes eis cum Bruningo fratre nostro supradicto ejusdem pheudi, curie et mansorum veram prestare warandiam pre omnibus, qui possent eos super ipso pheudo inpetere sive molestare, quandocumque ipsis necesse fuerit et quando nos fuerimus requisiti.

Et ego Bruningus de Alten prenominatus recognosco, quod premissam vendicionem placitavi et perfeci, volens una cum fratribus meis prenominatis Olrico Luceken et quibus ipse committeret, si decederet altari non dotato, necnon consulibus in Honovere verus esse warandator premissi pheudi, curie et mansorum. In premissorum testimonium meum sigillum una cum sigillis fratrum meorum presentibus est appensum.

Datum anno Domini M°.CCC°.XXXVI°, in octava assumpcionis beate Marie virginis.

(Anhängend die Siegel des Brüning und des Conrad, das des Ludewig von Alten iſt abgefallen.)

Stadt-Archiv.

*195. Biſchof Ludwig von Minden beſtätigt die durch den Hannoverſchen Bürger Ulrich Luceke den Aelteren geſchehene Stiftung des St. Berwards-Altars in der Kreuzkirche. 1336. Oct. 16.

Lodewicus Dei gratia Mindensis ecclesie episcopus omnibus Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, quibus presentes literas contigerit exhiberi, quod, cum Olricus Luceken senior, burgensis in Honovere, cupiens divinum cultum non minui, sed augeri, devotus intendat ad honorem Dei et pro sui suorumque

progenitorum ac heredum remedio peccatorum dotare tribus mansis in Minori Riclinghe sitis cum eorum appendiciis seu attinenciis et juribus universis de facultate sua propria altare beati Berwardi situm Honovere in ecclesia sancte Crucis ad usum sacerdotis, quem ad idem altare ipse Olricus seu ipso defuncto sui heredes duxerit vel duxerint presentandum, nos, ut cultus divini officii ex nostra promocione et consensu non minus augeatur, et ut ejusdem participes habundancius a Domino fieri mereamur, ipsius Olrici pie intencioni salubriter occurrentes, hujusmodi dotacionem cum presentacione in Dei nomine liberaliter approbamus et approbatam auctoritate nostra ordinaria presentibus confirmamus, presertim cum ad hoc accedat graciosa voluntas et plenus consensus tam consulum memorate civitatis, patronorum ecclesie prenarrate, quam discreti viri Frederici, pronunc rectoris ibidem; ordinantes et juxta ipsius Olrici desiderium statuentes, ut sacerdos, qui ad ipsum altare ab eo seu ab ejus heredibus fuerit presentatus, ibidem diatim per se vel per alium infra summam missam eo tempore, quo rectori ipsius ecclesie placuerit, celebret unam missam, ter autem in qualibet septimana, nisi festa continua celebria, de quibus fuerit pocius celebrandum, occurrerint, pro defunctis celebrabit, facturus in hiis missis et in aliis, quascumque celebraverit, memoriam eorum, pro quorum dotatum est altare remedio peccatorum; alias vero missas pro suo arbitrio poterit variare. Eo autem tempore, quo quis presentatur, si sacerdos non fuerit, tante erit etatis, ut infra annum primum in sacerdotem, sicut eciam debet, valeat ordinari. Preterea ne rector prefatus occasione sacerdotis illius ullam diminucionem seu in aliquo defectum sustineat, et ut sine briga alter alteri majori concordia et amore jugiter uniatur, sacerdos ille universas oblaciones ad idem altare quomodolibet apportatas seu eidem in dicte ecclesie parrochya publice vel occulte pro votivis presentatas ipsi rectori fideliter et integre presentabit, illis votivis duntaxat exceptis, quas earum largitores non rectori, sed alii vel aliis decre-

Digitized by Google

verint elargiri. Et ut divinum officium in premissa ecclesiâ sollempnius peragatur, idem sacerdos horis canonicis et vigiliis defunctorum in choro cantandis vel legendis cum ipsius ecclesie rectore aut ejus cappellano cottidie intererit, nisi causam racionabilem habuerit abessendi, ipsiusque rectoris commodo et profectui, quantum in eo est, fideliter intentus, sibi, sicut ceteri sui cappellani, reverenciam et honorem in omnibus exhibebit, ipse quoque rector eum tamquam suum cappellanum promovebit et tuebitur efficaciter vice versa et procurabit sibi, sicut alii sacerdoti, omnia et singula ad celebracionem misse necessaria ministrari. In premissorum autem omnium evidens testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M°. CCC°. XXXVI°, in die beati Galli confessoris.

(Anhängend das Siegel des Biſchofs.)

Stadt-Archiv.

*196. Der Rath zu Hannover genehmigt die Stiftung des St. Berwards-Altars in der Kreuzkirche und trifft Beſtimmungen über das Patronat dieſes Altars. 1336. Octbr. 18.

Omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, nos consules civitatis Honovere cupimus fore notum, quod Olrico Luceken seniori, socio nostri consulatus, ad dotandum altare consecratum in honorem sancti Berwardi episcopi in ecclesia sancte Crucis nostre civitatis, cujus ecclesie jus patronatus ad nos consules dinoscitur pertinere, omnium nostrorum consulum plenum et maturum prebuimus et presentibus prebemus beneplacitum et consensum. Insuper recognoscimus, nos sano deliberacionis moderamine annuisse, quod Olricus Luceken predictus ejusque mater, domina Bertradis, necnon Olricus, filius ipsius, et eorum heredes prenotati altaris per ipsum Olricum dotati jus habere debeant patronatus, taliter quod, quandocumque idem altare vacare contigerit, ipsi illud conferent, et illum clericum, cui contulerint altare, ad instituendum

archidyacono presentabunt. Si vero, quod absit, predictorum Olrici senioris et Olrici sui filii posteritas totaliter deleretur, ita quod nullus heres de eorum progenie superesset, extunc jus patronatus ejusdem altaris ad Martinum et Olricum fratres dictos Luceken, filios patrui ejusdem Olrici senioris, et eorum heredes transibit, ita quod senior heres inter ipsos existens laycus dictum altare, quandocunque vacare contigerit, jure conferet patronatus, et ad instituendum archidyacono ipsum clericum presentabit. Verum si prefati Luceken et eorum heredes omnes et singuli delerentur, ita quod de eorum posteritate nullus heres penitus remaneret, extunc consules civitatis Honovere jus patronatus prenominati altaris perpetuis temporibus optinebunt. Ceterum ipsum altare nulli conferetur, nisi sit sacerdos, vel nisi possit et debeat infra annum a tempore sibi collati altaris ad ordinem sacerdocii promoveri; ad hec clericus ad sepedictum altare institutus omnibus et singulis diebus officiabit ipsum altare per se vel per alium, et in qualibet septimana servabit tres missas perpetuis temporibus pro defunctis ob salutem et remedium animarum Olrici videlicet senioris sepedicti et suorum progenitorum et ab eo descendentium et omnium fidelium defunctorum, reliquas quatuor missas in qualibet septimana sacerdos secundum placitum suum dicet. In premissorum omnium testimonium sigillum nostre civitatis presentibus est appensum. Datum anno Domini M°. CCC°. XXXVI°, in die beati Luce ewangeliste.

(Siegel der Stadt Hannover.)

Stadt-Archiv.

*197. Der Rath zu Hannover bezeugt, daß Hermann Monter den Hochaltar der Heiligen-Geist-Kirche mit Grundstücken zu Gehrden (Flecken Amts Wennigsen) und Linderte (Amts Hannover) dotirt hat. 1336. Decbr. 28.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes pervenerint, nos consules in Honovere cupimus fore notum, quod

Digitized by Google

discretus vir dominus Hermannus Monetarii, plebanus in Watleghe[1], in honorem divini numinis ac pro salute anime sue et animarum progenitorum suorum summum altare ecclesie sancti Spiritus nostre civitatis tribus mansis in Gherdene dotavit, et duobus mansis in Lindert, qui duo mansi post obitum sororis sue Alheydis et ancille sue Hildegundis ad idem altare vacabunt, et quocienscumque hoc altare vacari contingerit, ad officiandum ydoneo clerico habenti annos sacerdotales porrigemus, et in hoc anno, quo sibi dictum altare porrectum fuerit, in sacerdotem ordinabitur, et officiabitur in hunc modum: primo per Bernhardum, filium Gotfridi Monetarii, cui pretactum altare contulimus, quatuor misse in ebdomeda per se vel per sacerdotem ydoneum servabuntur, post cujus mortem, cuicumque sepedictum altare contulimus seu nostri successores contulerint, omni die missa servabitur per eundem vel per ydoneum sacerdotem, et quicquid super idem altare oblatum fuerit, plebano ecclesie sancte Crucis nostre civitatis debebit integraliter presentari. Datum anno Domini M°. CCC°. XXXVI°, in die innocentum.

(Anhängend ein Siegel.)

Stadt-Archiv.

*198. Ludolf von Stöcken verkauft ein Pfund Wortzins wiederkäuflich an die Hannoverschen Bürger Heinrich Beye und Ulrich Luceke den Aelteren. 1336.

Ego Ludolfus, filius quondam Bertoldi dicti de Stockem, recognosco presenti litera sigillo meo munita, quod Henrico dicto Beye et Olrico dicto Luceke seniori, civibus in Honovere, ac ipsorum veris heredibus pensionem unius talenti Honoverensium denariorum pro sex marcis et dimidia Bremensis argenti in censu, qui »worttins« dicitur, vendidi in festo epyphanie Domini annis singulis ministrandam tali forma, quod ipsam pensionem reemere potero,

[1]) Wathlingen, Amts Celle, Kirchdorf im Fürstenthum Lüneburg.

quandocumque voluero, in festo beati Andree apostoli pro pecunia memorata. Datum anno Domini M°.CCC°.XXXVI.[1]

(Anhängend ein Siegel.)

Stadt-Archiv.

*199. Hildebrand von Harenberg resignirt seinen auf der Neustadt bei Lauenrode belegenen Hof dem Herzoge Otto von Braunschweig, seinem Lehnsherrn, zu Gunsten des Ludolf Knigge. 1336.

Illustri principi domisello suo O[tloni] duci de Brunswic et Lunenborch Hil[debrandus] dictus de Horenberghe famulatam in omnibus voluntatem. Dominacioni vestre curiam meam sitam in Nova Civitate juxta Louwenrode*[1], in qua moratur Sifridus dictus de Roden, in presenti litera per dominum Henricum dictum Knieghe et Bertoldum dictum de Reden, milites, et Sifridum dictum de Roden mitto et resigno, dummodo Ludolfo dicto Knieghe tytulo justi pheodali conferatis. Datum anno Domini M°. CCC°. XXXVI°.[2]

(Anhängend ein Siegel.)

Königl. Archiv.

200. Das Kloster Loccum stellt einen Revers aus, den Bau des Klosterhofes an der Stadtmauer und den Wächtergang betreffend[1]. 1337. Jun. 7.

[1]) Mit dem Siegel abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 126 f.

[*1]) Vgl. Nr. 272 in dem oben unter n. 167 mitgetheilten Lehnregister der Herzöge Otto und Wilhelm.

[2]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 257.

[1*]) Der auf diesen Revers sich beziehende Brief des Raths von demselben Tage findet sich in dem Loccumer Copial-Buche n. 806 (im Registr. monast. Lucc. des Königl. Archivs zu Hannover p. 158. n. 38 des Anhangs). Er stimmt wörtlich mit dem Rathsbriefe vom 31. Jan. 1320 (oben n. 136, a) überein, bis auf folgende kleine Aenderung: et quod in summitate ipsius muri tres fenestras, quarum quelibet tam in latitudine quam in altitudine decem habebit pedes, faciant, et quod ipsa domus cum eisdem fenestris pro eadem defensione (so statt pro defensione civitatis) aperiatur etc. — Actum et datum in Honovere anno Domini M°.CCC°.XXXVII°, in vigilia pentecostes.

Digitized by Google

Nos frater Bernardus[2] dictus abbas in Lucka et conventus ibidem in hiis literis recognoscimus et notum esse volumus universis, quod de domo in curia nostra in Honovere edificanda voluntate et favore discretorum virorum consulum ibidem ordinavimus et placitavimus in hunc modum cum eisdem, quod in muro civitatis sue, quem a fundo ipsius cum concavitate pro secessu et commodo corporali muro inclusa et contra fossatum foris et prope terram pro effluxu aperta ad modum altitudinis muri civitatis prope valvam sancti Egidii ad aquilonem et ad longitudinem sexaginta pedum edificabimus, ipsam domum cum fenestris bene ferratis et pro nostro comodo construamus perpetuo possidendam, ita tamen quod cives eorum prope murum viam suam habeant, sicut prius, et quod in summitate ipsius muri tres fenestras, quarum quelibet, tam in latitudine, quam in altitudine, decem habebit pedes, faciamus, et quod ipsa domus cum eisdem fenestris pro defensione civitatis aperiatur, cum hoc visum fuerit oportere. Concesserunt eciam nobis, quod, si eadem domus aliquando destructa quocumque modo fuerit, eam possimus reedificare, sicut nunc edificabitur, et, sicut prius possederamus, possidere. Nullum eciam propugnaculum aut turrim vel vigilum sessiones infra latitudinem curie nostre et prope murum ponent sive supra, nisi, quod Deus avertat, hostium tempore guerre impulsus illa vice aliud exigeret faciendum. Et ut hec premissa futuris temporibus rata et perpetuo maneant, presentes literas sigillo nostro et conventus nostri roboratas dedimus dictis dominis consulibus in testimonium super eo. Actum et datum anno Domini M°.CCC°.XXXVII°, in vigilia penthecostes.[3]

(Anhängend 2 Siegel.)

Stadt-Archiv.

[2]) Bernardus Holtgreve ſoll nach Weidemann, Geſch. des Kl. Loccum S. 25, am 20. Nov. 1338 zum Abt von Loccum gewählt ſein; die vorliegende Urkunde zeigt die Unrichtigkeit dieſer Angabe. Er reſignirte nach Weidemann den 15. Dec. 1340, wurde 1357 zum zweiten Male zum Abt gewählt und ſtarb den 13. Jan. 1360.

[3]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 300 f.

Digitized by Google

***201. Der Convent zu Marienrode verkauft dem Rathe zu Hannover und dem Wechsler Conrad von Oldenberg einige Grundstücke zu Latzen (Amts Hannover). 1337. Sept. 17.**

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes litere pervenerint, nos frater Johannes dictus abbas totusque conventus monasterii in Betsingherode, Cysterciensis ordinis, Hildensemensis dyocesis, cupimus fore notum publice protestando, quod omnium nostrorum unanimi maturoque consilio et consensu vendidimus cum omni jure proprietatis et dominii pro centum et viginti marcis Bremensis argenti curiam quatuor mansorum in Lathusen, que »Minnerhof« dicitur [1], cum omnibus suis juribus et utilitatibus, tam infra, quam extra villam, agris, pratis, pascuis, aquis atque silvis, cultis pariter et colendis, necnon cum pertinenciis suis universis discretis viris consulibus in Honovere ac Conrado dicto de Oldenberghe, campsori ibidem, perpetuis temporibus libere possidendam, volentes ipsis bonorum proprietatis et dominii premissorum firmam ac perpetuam prestare warandiam, quandocumque et ubicumque necesse habuerint et a nobis requisierint pre impetitione hereditaria qualicumque. In evidens hujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°.CCC°.XXX°. septimo, Lamberti martiris.

(Anhängend 2 Siegel.)

Stadt-Archiv.

202. Bischof Ludwig von Minden bestätigt die Dotation des St. Johannis-Altars in der Egidienkirche mit Grundstücken in Harkenbleck (Amts Hannover). 1337. Sept. 29.

Lodewikus Dei gratia Mindensis ecclesie episcopus omnibus Christi fidelibus salutem et sinceram in Domino karitatem. Noverint universi, ad quos presentes litere pervenerint, quod Robertus Binnewis, sacerdos, Johannes de

[1]) Der Hof kam 1341 an den Bartholomäus-Altar in St. Spiritus, und war bis auf die neuere Zeit dem geistlichen Lehnregister meierpflichtig.

Digitized by Google

Bocholte et Lubbeke, quondam parvi Marquardi uxor, necnon Hildegundis de Edingrode, divino cultui acmentando devote intenti, cupiant ob amorem et reverenciam Dei pro suorum peccatorum et parentum venia dotare altare sancti Johannis ewangeliste, situm Honovere in ecclesia sancti Egidii, distinctum beneficium ab eadem tribus mansis et una casa sitis in villa et in campis Herkenblede, cum omni jure attinenti suis propriis pecuniis comparatis ad usum sacerdotis, quem Johannes et Conradus necnon Robertus, ejusdem Johannis filius, dicti de Nova Civitate, cives in Honovere, quamdiu iidem vixerint, duxerint presentandum; ipsis vero tribus defunctis jus patronatus altaris ejusdem ad illustrem principem Ottonem, ducem de Brunswik et Luneborch, sepe dictum patronum, et suos heredes libere revertetur. Nos devocioni eorundem pio occurrentes affectu nostrum ad hoc concensum literis presentibus graciose duximus apponendum, presertim cum ad hoc graciosa voluntas incliti principis domini Ottonis, ducis de Brunswik et Luneborch, cum concensu filiorum et heredum suorum necnon Jacobi, rectoris ecclesie supradicte, et omnium, quorum interest, accedat; liberaliter et benigne ordinantes et statuentes secundum desiderium sepe dictorum, videlicet Johannis, Conradi et Roberti, ut sacerdos, qui ad sepe dictum altare ab ipsis et post obitum eorundem ab illustribus principibus et ducibus de Brunswik et Luneborch fuerit presentatus, ibidem qualibet die per se vel per alium priorem celebret missam, quam rector ecclesie habere voluerit eo tempore, sicud loci exiit[1] consuetudo; preterea ut rector ecclesie prefate nullam prorsus diminucionem occasione sacerdotis illius in aliquo sustineat, sed amor et concordia major inter ipsos vigeat et servetur, sacerdos ille universas oblaciones ad idem altare apportatas, ad idem occulte vel pupplice assignatas, rectori ecclesie plene et fideliter representet, et ut divinum officium solempnius ibidem in ecclesia peragatur, idem sacerdos

[1]) für exigit.

Digitized by Google

horis canonicis et vigiliis defunctorum in choro cantandis vel legendis cum rectore ejusdem ecclesie et suis cappellanis intererit, nisi causa rationabili contingat eum abesse, et in omnibus ipsi rectori sicud alii sui cappellani honorem et reverenciam exibebit. Ipse quoque rector e converso ipsum sepe dictum suum cappellanum promovere tenebitur et tueri et omnia necessaria ad celebracionem misse sepe dicte sacerdoti alii ministrare. In cujus rei testimonium sigillis[2] nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M.CCC.XXXVII, in die Michahelis archangeli.

Gleichzeitige Abschrift im Stadt-Archiv.

*203. Ablaßbrief verschiedener Bischöfe für die Kreuzkirche.[1] Avignon, 1337. Oct. 26.

Universis*[2] sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes littere pervenerint, nos miseratione divina Dominicus Perensis, Jacobus Valonensis, Raymundus Catharensis, Johannes Bergerensis, Nicholaus Nazariensis, Andreas Coronensis, Bernardus Gavensis, Almannus Suanensis, Ricardus Cercconensis, Franciscus Bisaciensis, Jordanus Bobiensis, Petrus Callensis, Johannes Signensis, Petrus Montis Marani et Sergius Polensis episcopi[3] salutem in Domino sempiternam.

[2]) Der Schreiber hat sigillis nris geschrieben, dann nris ausgestrichen, und nrm dahinter geschrieben, sigillis jedoch für sigillum stehen gelassen.

[1]) Die mittelst Pergamentstreifens am Ablaßbriefe befestigte Einwilligungsurkunde des Bischofs Ludwig von Minden s. unten n. 207.

[*2]) Der mit Miniaturen ausgeschmückte Initial U reicht bis zur 11. Zeile der Urkunde hinunter.

[3]) Nicht über alle 15 hier genannten Bischöfe läßt sich Näheres beibringen. Einige derselben erscheinen in anderen Ablaßbriefen, z. B. dem für die Kirche zu Unter-Greislau bei Weißenfels am 18. Dec. 1331 ausgestellten (Unschuldige Nachrichten von alten und neuen theolog. Sachen, 1709. S. 201.); dem für die Kirche zu Großenstein bei Ronneburg am 24. Mai 1339 ausgestellten (Löber, Historie von Ronneburg. Altenb. 1722. Anfuge S. 18.); dem für die Marienkirche zu Göttingen am 2. Dec. 1339 ausgestellten (Zeit- und Geschichtsbeschr. der Stadt Göttingen II, S. 77.). — Valona lag südlich von Durazzo am Adriatischen Meere. — Raymundus

Splendor paterne glorie, qui sua mundum ineffabili claritate illuminat, pia vota fidelium de clementissima majestate ejus sperantium tunc precipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum meritis et precibus adjuvatur; cupientes igitur, ut ecclesia sancte Crucis in Honovere, Mindensis diocesis, congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in festis nativitatis Domini, circumcisionis, sancti Johannis evangeliste, epiphanie, parasceves, pasche, ascensionis Domini, pentecostes, Trinitatis, corporis Christi, inventionis et exaltationis sancte crucis et in singulis festis beate Marie virginis, videlicet nativitatis, annunciacionis, purificationis et ejusdem assumpsionis, nativitatis et decollationis sancti Johannis baptiste, beatorum Petri, Pauli, Andree, Bartholomei, Philippi, Jacobi, Symonis, Jude, Thome, Jacobi majoris, Barnabe, Mathie, Mathei, Luce, Marci, apostolo-

Catharensis, von Cattaro in Dalmatien, iſt bei Ughelli, Italia sacra VII, 698, zwiſchen Thomas, der 1333 Biſchof wird, und Bartholomaeus, der 1350 nach Tragutium verſetzt wird, einzuſchieben. — Andreas Coronensis, ob von Landscron auf Schonen oder von Coron im Peloponneſe? In der Zeit- und Geſchichtsbeſchr. der Stadt Göttingen a. a. O. heißt er Eornensis. Ebendaſelbſt wird der folgende Biſchof Ganensis genannt. — Alemannus de Donatis, Minorit aus Florenz, war 1330—1342 Biſchof von Suana in Etrurien; 1342 wurde er Biſchof von Modena. Ughelli, Ital. sacra III, 747. — Franciscus de Berragno, Predigermönch, war Biſchof von Biſarcia im Königreich Neapel von 1329 bis 1351. Ughelli VI, 837. — Jordanus de Monte Cucco, Predigermönch aus Piacenza, wurde 1324 Biſchof von Bobbio im Königreich Sardinien. Ughelli IV, 941. — Petrus, Canonicus zu Urbino, wurde 1319 zum Biſchof von Cagli im Gebiete von Urbino erwählt. Nach Ughelli II, 819 f. ſoll er 1328 von Pabſt Johann XXII. abgeſetzt, und an ſeine Stelle ein Albertus zum Biſchof von Cagli erwählt ſein, der 1342 geſtorben wäre. Die Richtigkeit dieſer Angabe iſt nach unſerer Urkunde, ſowie nach den beiden oben erwähnten Urkunden von 1339, ſehr zu bezweifeln. — Signia (Segni) iſt ein Biſchofſitz im Kirchenſtaat. — Ueber Petrus episcopus Montis Marani (in Principato ulteriore), der ſchon 1329 vorkommt und auch in den beiden erwähnten Ablaßbriefen von 1339 noch auftritt, ſ. Ughelli VIII, 338. — Sergius Polensis, von Pola in Iſtrien, kam zur Biſchofswürde 1331 und ſtarb zu Avignon 1342. Ughelli, Italia sacra V, 481.

Digitized by Google

rum et evangelistarum, in conversione sancti Pauli, in cathedra sancti Petri et in ejus ad vincula, in commemoratione omnium sanctorum et animarum, et in dedicatione dicte ecclesie, et per octavas omnium festivitatum predictarum octavas habentium, sanctorumque Stephani, innocentium, Laurencii, Martini, Nicholai, Berwardi, Gregorii, Augustini, Silvestri, Marie Magdalene, Katerine, Margarete, Lucie, Anne, Elizabeth et undecim milium virginum, singulisque diebus quadragesime et adventus et dominicarum causa devotionis, orationis aut peregrinationis accesserint, seu qui missis, predicationibus, matutinis, vesperis aut aliis divinis officiis ibidem interfuerint, aut qui corpus Christi vel oleum sacrum, cum infirmis portentur, secuti fuerint, vel qui dictam ecclesiam et ejus cymiterium pro animabus corporum inibi jacentium exorando circuerint, aut qui in serotina pulsatione campane flexis genibus ter *Ave Maria* dixerint, aut qui in divinis officiis, quociens nominatur nomen domini nostri Ihesu Christi et beate Marie virginis, ac in elevatione corporis Christi in missis devote genu flexerint, necnon qui ad fabricam, luminaria, ornamenta, libros, calices dicte ecclesie manus adjutrices porrexerint, aut qui in eorum testamentis aliquid suarum donaverint vel legaverint facultatum, quocienscumque, quandocumque et ubicumque premissa vel aliquid premissorum devote fecerint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, singuli nostrum quadraginta dies indulgenciarum de injunctis eis penitenciis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris apposuimus. Datum Avinione XXVI. die Octobris anno Domini M°. CCC°.XXXVII°, et pontificatus domini Benedicti pape XII. anno tercio.

(Von den 15 früher daran befindlich gewesenen Siegeln sind die ersten fünf nicht mehr erhalten.)

Stadt-Archiv.

Digitized by Google

204. Graf Gerhard von Hoya bewilligt den Bürgern zu Hannover die Freiheit, Vieh in ſeiner Grafſchaft zu kaufen. 1338. März 7.

Wy Gherd van der gnade Goddes greve tor Hoyen[1] unbeded den wisen mannen, radman to Honovere, unsen vorder unde usen denest. Wi biddet juwer wisheyd deghere, dat gi willen kůndeghen van juwen hus, eft jemand sy an juwer stad, de wille kůpen an unser herscap perde, koy, schap, swin, de scole velich komen darut unde to hus, unde wat he dar koft unde vorghelden mach, vor al de ghene, de dor uns don unde laten willen. Up dat desse velicheyd war unde vast sy, unde van uns unde van den usen gheholden werde, des hebbe wy to eme thůghe unse ingheseghel ghehanghen to dessen breve. Dit is ghegheven na Goddes bord dusent jar, drehunderd jar an deme acht unde dritteghesten jare, des sůnnavendes vor sůnte Gregorius daghe.[2]

Aelteſtes Stadt-Copialbuch pag. 83.

*205. Die von Wettbergen verſöhnen ſich mit der Stadt Hannover. 1338. April 5.

Nos Johannes, Henricus et Bruninghus fratres, filii quondam domini Henrici de Wedberghe, militis, recognoscimus presenti litera nostris sigillis munita, quod cum consulibus et communitate civitatis Honovere necnon cum omnibus, quorum interesse poterit, ratione dampnorum sive incendiis seu devastationibus lapidei edificii in Wedberghe*1 seu alio quocumque modo nobis illatorum ac ratione cujuslibet discensionis inter ipsos consules et civitatem predictam ex una et nos versis*2 parte ex altera, compositionem amicabilem inivimus atque firmam, eciam

1) Gerhard, Graf v. d. Hoya, kommt ſchon 1319 als ſolcher vor, erkaufte 1338 mit ſeinem Bruder Johann die Herrſchaft Alten-Bruchhauſen, und ſtarb 1383.

2) Abgedr. Vaterl. Archiv 1844, S. 250.

*1) Wettbergen, Kirchdorf Amts Wennigſen.

*2) für versae?

ipsis in posterum super discensione inter nos habita nullam movere volumus accionem. Et hec premissa ipsis consulibus predictis communicata manu fide data promittimus inviolabiliter observanda.

Et ego relicta domini Henrici predicti, mater filiorum prefatorum, recognosco sub sigillis eorum, quod hanc compositionem, consilio et consensu meo factam, ratam, firmam et stabilem teneo et habebo, non obstante si quicquam specialis dampni in dotaliciis meis sive in aliquo alio dicti consules seu civitas mihi intulissent.

Preterea nos Anno de Heynborch, miles, Johannes de Harboldessen, Johannes de Gledinge, Johannes et Bruninghus de Alten, famuli, recognoscimus, quod compositioni prenarrate interfuimus, et in ejus testimonium presentem literam sigillis nostris duximus roborandam.

Datum anno Domini M°.CCC°.XXXVIII°, dominica palmarum.[3]

(Anhängend 8 Siegel.)

Stadt-Archiv.

***206. Die Gebrüder von Ripen verkaufen einige von den Grafen von Schauenburg relevirende Lehngüter zu Stedern[1] den Hannoverschen Bürgern Martin Luceke, Gottfried Blome und Gottfried Monter. 1338. April 26.**

Nos Johannes, Hermannus et Thidericus fratres dicti de Ripen recognoscimus presenti litera sigillis nostris munita, quod Martino Luceken et Godfrido Blomen ac Godeken Montere, burgensibus in Honovere, curiam unam quatuor mansorum in villa Stedere[2] sitam ac duas casas ibidem cum omni jure et utilitate, tam in villa, quam extra

[3]) Abgedr. bei Sudendorf, Urkundenbuch zur Geſch. der Herz. v. Br. u. Lün. I, n. 624.

[1]) Dieſe Güter kamen ſpäter an das St. Nicolai-Hospital. S. Urkunde 211 vom 16. April 1339.

[2]) wüſtes Dorf im Bezirke des Amtes Wennigſen, zwiſchen Leveſte und Redderſe.

Digitized by Google

villam, pro centum et quinque marcis Bremensis argenti vendidimus. Ego quoque Hermannus predictus, qui eadem bona Johannis in pheodo habui, cum consensu fratrum meorum, Johannis et Thiderici prenominatorum, ipsa nobili viro domino Adolfo, comiti in Schowenborgh, resignavi, ipseque comes, resignatione recepta, predictis burgensibus eadem bona jure contulit pheodali; volumus etiam prefatorum bonorum eis veram et firmam prestare warandiam, ubicumque ipsis necesse fuerit vel quandocumque proinde fuerimus requisiti. Quod predictis burgensibus fide data manu communicata promisimus et presentibus promittimus inviolabiliter observandum.

Preterea nos Conradus Vunke et Thidericus dictus Holtgreve, famuli, recognoscimus, quod Martino Luceken, Godfrido Blomen et Godeken Montere predictis data fide communicata manu promisimus et presentibus sub sigillis nostris promittimus, ut, si in premissis infra tempus dictum »jar unde dach« defectum aliquem sustinuerint, et nos proinde moniti fuerimus, extunc infra quindenam proximam Antiquam Civitatem Honovere ad jacendum intrabimus, inde non pernoctaturi, nisi defectu tali suppleto, vel nisi ipsorum fuerit voluntatis.

Datum anno Domini M°.CCC°.XXX°VIII°, dominica Misericordia Domini.

(Von den früher an der Urkunde befindlich gewesenen 5 Siegeln sind nur noch 2 vorhanden.)

Stadt-Archiv.

*207. Bischof Ludewig von Minden bestätigt den Ablaßbrief verschiedener Bischöfe für die Besucher der Kreuzkirche. 1339. Jan. 16.

Nos Lodewicus Dei gratia Mindensis ecclesie episcopus indulgentias venerabilium patrum episcoporum contentas in hiis litèris, quibus hee nostre litere transfiguntur, ratas habentes et gratas, easdem autoritate dyocesana, prout melius de jure possumus, approbamus et per nostrum

consensum presentibus confirmamus. Insuper etiam omnibus vere penitentibus et contritis, omnes ac singulos articulos in dictis literis prenotatos cum pia devotione servantibus, quadraginta dierum indulgentiam [de] injunctis sibi penitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Datum anno Domini M°.CCC°.XXX°. nono, in die beati Marcelli pape et martyris.

(Siegel des Biſchofs.)

Stadt-Archiv.

208. Der Rath zu Hannover leihet ein Capital von Conrad von Oldendorf, Rector der Schule zu Hannover. 1339. Februar 24.

Nos consules civitatis Honovere recognoscimus in presenti litera publice protestantes, quod vendidimus Conrado dicto de Oldendorpe, pro nunc rectori scolarium in Honovere, oriundo de Brunswic, filio Johannis de Oldendorpe bone memorie, redditus quatuor marcarum puri argenti Honoverensis ponderis et valoris pro quadraginta marcis puri argenti ad tempora vite sue quolibet anno in festo beati Michahelis sibi aut illi seu illis, quem vel quos nobis predictus Conradus de Oldendorpe nominaverit, in quocumque loco fuerit aut statu vel habitu, sive religioso vel laycali aut clericali, sine omni inpedimento amice et integraliter in nostra civitate jam prescripta, arrestatione, impeticione occasioneque alia quacumque penitus non obstantibus, persolvendos; ita scilicet, quod eo vivente sibi, quamdiu vixerit, semper in prescripto festo et modo pretacto quatuor marcas puri argenti pagabimus libere et expedite nos pronunc consules et in posterum, qui pro tunc fuerint; eo vero Conrado mortuo quiti de omnibus erimus simpliciter et absoluti, nisi sepe dictus Conradus ipsum festum beati Michahelis vivendo attigerit, tunc quoad illum annum ad erogacionem tenebimur ipsarum quatuor marcarum. In quorum omnium evidens testimonium nostre

Digitized by Google

civitatis sigillum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CCC°.XXXIX°, in festo beati Mathie apostoli.

Liber burg. p. 317 (durchſtrichen).

209. Biſchof Ludwig von Minden hebt die gegen den Rath zu Hannover wegen eigenmächtiger Aneignung des ſogenannten stabulum episcopi bei der Marktkirche verfügte Excommunication auf. 1339. März 7.

Lodewicus Dei gracia ecclesie Mindensis episcopus discretis viris domino Johanni, rectori ecclesie sancti Egidii, ac aliis divinorum et altarium rectoribus per dyocesim Mindensem constitutis et precipue in Honovere salutem in Domino. Nuper officialis noster quendam processum contra quosdam consules Honoverenses nominatim expressos et alios in genere edidit, quasi nos quodam stabulo appropriato nobis Honovere juxta dotem Sancti Georgii [1] sito spoliassent; postmodum nos fere eodem modo super domo et area procedentes in processu officialis nostri, stabulo episcopi nominatis, quas quidem domum et aream iidem consules tanquam invasores et occupatores rerum ecclesiasticarum contra voluntatem rectoris ecclesie sancti Georgii in Honovere [2] detinerent, precepimus contra eosdem consules statuta provincialia observari, ita quod quidam consules nominatim et alii in genere excommunicati per vos publice nunciarentur; nunc autem comperta rei veritate ipsos processus cassamus omnino et in hiis scriptis penitus annullamus, consules expressos nominatim et non expressos nominatim in processibus officialis nostri et nostro absolvimus presentibus, ad cautelam volentes nichilominus, quod interdictum racione statutorum premissorum non teneamini ulterius observare. Recipimus eciam ad graciam nostram et amiciciam tam religiosos, quam seculares, clericos et laycos et precipue fratres

[1]) ſ. oben Anm. 2 zu n. 10.

[2]) des unten genannten Everhardus, aus der Familie derer von Alten.

Digitized by Google

Minores in Honovere, et fratres ordinis Predicatorum de Hildensem, fratres Augustinenses de Hervorde et fratres Carmelitas de Onhaghe, terminarios in Honovere, et ipsorum coufratres, dominum Hermannum Reynoldi et suum socium Borchardum Holtgreven, sacerdotes, ac alios ipsis consulibus adherentes taliter, quod nec religiosos in terminis eorum in nostra dyocesi nec in aliquibus actibus eorum racionabilibus volumus in aliquo molestare, nec seculares, clericos et laycos occasione illius, quod appellacioni eorum adheserunt, volumus de cetero aggravare, nec sepe dictos consules nec eis adherentes intendimus racione alicujus articuli sive aliquorum articulorum, super quibus dissensio inter ipsos consules et dominum Everhardum plebanum suum vertebatur, quam eciam dissensionem ad diffiniendum in illustrem principem, ducem de Brunswic et Luneborch, dilectum fratrem nostrum, ab utraque parte exstitit arbitratum, aliquo genere gravaminis molestare. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CCC°.XXX°. nono, in dominica Letare[3].

Liber burg. p. 320.

*210. Biſchof Erich von Hildesheim befreit mit Genehmigung ſeines Capitels den Conrad von Davenſtedt von der Leibeigenſchaft. Stadthagen, 1339. April 8.

Nos Dei et apostolice sedis gratia Ericus Hildensemensis ecclesie episcopus[1] universis, ad quos presentes pervenerint, cupimus fore notum, quod ob specialia probitatis suo merita ac obsequia multiplicia nobis inpensa Conradum dictum de Dabenstede[2] suosque filios et filias ex uxore legitima procreandos de consensu capituli nostri Hildense-

[3]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 316 f.

[1]) Erich, Graf von Schauenburg, gegen Heinrich III. von Braunſchweig-Lüneburg erwählt, 1332—1349.

[2]) Dem liber burgensium zufolge iſt Conradus de Bavenstede *(sic)* im Jahre 1347 Hannoverſcher Bürger geworden.

Digitized by Google

prima vice, quando ipsum altare dotatum et consecratum fuerit, et deinceps, quocienscumque ipsum vacare contigerit, ipsi illud libere conferent clerico ydoneo, quem ad instituendum archidiacono presentabunt; si vero, quod absit, Johannis et Roberti suorumque filiorum posteritas totaliter deleretur, ita quod nullus heres de eorum progenie superesset, extunc jus patronatus ejusdem altaris consules civitatis Honovere perpetuis temporibus obtinebunt. Insuper clericus ad dictum altare constitutus seu instituendus omnibus et singulis diebus officiabit ipsum altare per se vel per alium, et in qualibet septimana servabit tres missas perpetuis temporibus pro defunctis ad collectam secundo loco: *Deus cujus misericordie non est numerus*, ad salutem et remedium animarum domini Johannis de Horst, prepositi in Olsborgh [2], necnon Conradi et Johannis de Nigenstad, fratrum bone memorie, et Hannen, uxoris ipsius Conradi [3], necnon dictorum Johannis et Roberti, filiorum ipsius Conradi, ipsius altaris dotatorum, et suorum progenitorum et ab eis descendentium omniumque fidelium defunctorum. Reliquas quatuor missas in qualibet septimana rector dicti altaris secundum placitum suum dicet cum predicta collecta: *Deus cujus misericordie non est numerus.* In premissorum omnium testimonium sigillum civitatis nostre presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CCC°.L°.

Copiarium s. XV im Königl. Archiv p. 89 sq.

*293. 1351. Januar 13. R

Ego Thidericus, famulus, dictus de Alten, recognosco, quod cum consensu Mechtildis, mee uxoris legitime, admisi seu admitto Hermannum dictum Dikman conventui Werdere prope Honovere perpetuis temporibus possidendum. Preterea nos Henricus dictus Knigghe, miles

[2]) Chorherrnſtift im Braunſchweigiſchen Amte Lichtenberg. S. Lüntzel, Geſchichte der Diöceſe und Stadt Hildesheim I, S. 340. II, S. 201.
[3]) Vgl. Würdtwein, Nova subsidia dipl. IX, S. 175.

junior, advocatus in Honovere domini nostri, domini de Luneborgh, recognoscimus, quod hec facta et placita sunt coram nobis.

Datum anno Domini M°. CCC°. quinquagesimo primo, in octava epyfanie Domini.

Königl. Archiv.

*294. Aſchwin von Roden, Knappe, verkauft dem Rathe zu Hannover ſeinen Antheil am Wortzinſe zu Hannover und reſignirt denſelben den Herzögen Otto und Wilhelm von Braunſchweig.

1351. Januar 13.

Ek Aschwin van Roden, knape, do witlic alle den, de dessen breyf seyt eder horet lesen, dat ek hebbe vercoft enen rechten kop en punt gheldes Honoverscher penninghe, dat ek unde mine erven hadden an deme wortinse to Honovere, deme rade unde den meynen borgheren darsulves, de nu sint unde noch tokomen moghen, unde do des ene rechte aflatinghe unde vortieht, also dat se dat scullen ewechlike besitten, unde wil des ore rechte warende wesen, wor id nod is, unde hebbe dat upghesant unde sende id up in dessem breyve under mineme inghesseghele mit alleme rechte unde nud den acbaren vorsten, hertoghen Otten unde hertoghen Wilhelme van Brunswic unde Luneborg[1], bi twen oren mannen, Johanne van Sabbensen unde Dyderike Promen, tho des vorbenomden rades to Honovere unde orer meynen borghere hant, also dat ek unde mine erven dar nummer mer up saken ne willen noch ne schullen.

Vortmer we Johan van Zabbensen unde Diderik Promen vorbenomt bekennet unde betughet under unsen inghesseghelen in dessem breyve, dat desse vorbenomde upsendinghe van Asschwine van Roden schen is bi os. Unde hebbet dorch bede willen desselven Aschwines dessen breyf besseghelet mit unsen inghesseghelen, unde is ghescheyn na

[1]) Vgl. die Urkunde 259. vom 2. Februar 1348.

Digitized by Google

Goddes bord dritteynhundert jar in deme en unde vestighesten jare, des achten daghes to twelften.[2]

(Anhängend drei Siegel, das des Dieterich Prome ist abgefallen.)

Stadt-Archiv.

*295. Johann Woltmann verkauft dem Rathe zu Hannover seinen Antheil am Wortzinse zu Hannover. 1351. Januar 21.

Ego Johannes dictus Woltman recognosco presenti litera meo sigillo munita, quod vendidi cum consensu heredum meorum et omnium, quorum interest, redditus decem solidorum Honoverensium denariorum, quos in censu areali, qui »worttins« dicitur, intra civitatem Honovere habuimus, discretis viris dominis consulibus ac universitati civium presentibus et futuris ibidem perpetuis temporibus possidendos. Volumus quoque ipsis predictorum reddituum veram et legitimam prestare warandiam, quando et quociens ipsis fuerit oportunum. Testes hujus rei sunt Olricus Luceke senior, Rotbertus de Nyestad junior et Olricus Luceke junior. Datum anno Domini M°.CCC°. quinquagesimo primo, in die beate Agnetis virginis et martiris.[1]

(Anhängend ein Siegel.)

Stadt-Archiv.

*296. Zwölf Bischöfe ertheilen Ablaß für die Kreuzkirche, Avignon, 1351. Juni 21. und Bischof Gerhard von Minden bestätigt diese Ablaßertheilung. 1351. Novbr. 5.

Universis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes littere pervenerint, nos miseracione divina Matheus Langonensis, Augustinus Destillariensis, Johannes Tribuniensis, Adam Perpenensis, Johannes Draconarianus, Gregorius

[2]) Mit zwei Siegeln abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 130.

[1]) Mit dem Siegel abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 130 f.

Digitized by Google

Salunensis, Gregorius Opidensis, Anancius Xanthiensis, Nitardus Termopolensis, Johannes Tertopolensis, Petrus Calliensis et Franciscus Vrehensis[1] episcopi, salutem in Domino sempiternam. Splendor paterni luminis, qui sua mundum ineffabili illuminat claritate, pia vota fidelium de sua clementissima majestate sperancium tunc precipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum meritis et precibus adjuvatur. Cupientes igitur, ut ecclesia parochialis sancte Crucis in Honovere, Mindensis

[1]) Dieſelben zwölf Biſchöfe ertheilten wenige Tage nachher (ultima die mensis Julii) einen Ablaßbrief für die Kirche St. Egidii in Braunſchweig; ſ. Rehtmeier's Braunſchw. Kirchen-Geſchichte II, Beil. S. 210, n. 24, wo die Namen indeß vielfach entſtellt ſind. Die meiſten derſelben finden ſich auch in einem Ablaßbriefe für die Kirchen zu Ungelingen und Groß-Morungen in der Mark vom 23. Novbr. 1353; Riedel, Cod. diplom. Brandenb. I, 17. S. 502, n. LXXIII. Nicht über alle dieſe Biſchöfe läßt ſich Näheres angeben. Ueber Augustinus Destillariensis, Johannes Tribuniensis, Adam Perpenensis und Johannes Draconarianus ſ. Zeitſchrift des hiſtor. Vereins für Niederſachſen 1856. II, S. 117. 1857, S. 360 f. — Gregorius, als Cantor zu Gerace zum Biſchof von Oppido in Calabrien erwählt, wurde 1338 von Pabſt Benedict XII beſtätigt. Nach Ughelli, Italia sacra IX, 418, war er nur 10 Jahr Biſchof, indem ihm von 1349—1352 Barnabas, früher Abt von S. Maria de Trivento, nachgefolgt ſein ſoll. Daß dieſe Angaben irrig ſind, zeigt unſere Urkunde in Verbindung mit dem Braunſchweigiſchen Ablaßbriefe und einem Ablaßbriefe für Kirche und Hospital St. Nicolai und St. Georgii zu Gnojen in Mecklenburg vom 13. Juni 1350 (ſ. Schröder's Papiſtiſches Mecklenburg S. 1311.). — Peter, ein Predigermönch, war 1348 ſchon Biſchof von Cagli im Gebiete von Urbino; Ughelli, Italia sacra II, 820. — Der episcopus Thermopolensis war ein Suffragan des Erzbiſchofs von Athen; Binterim, Denkwürdigkeiten der chriſt-katholiſchen Kirche I, 2, 591. — Ein Johannes Tertopolensis (ob Turtibulensis? Vgl. Ughelli, Italia sacra VIII, 390.) kömmt ſchon in einem Ablaßbriefe für die Frauenkirche zu Arnſtadt vom April 1333 vor; Unſchuldige Nachrichten von alten und neuen theolog. Sachen, 1733. S. 683. Der Stellung nach, die zumeiſt aus der Anciennität erfolgt, möchten wir den unſerigen nicht für denſelben erklären. — Daß der episcopus Salunensis Biſchof von Salona in Dalmatien, der Xanthiensis Biſchof von Xanthus in Lycien geweſen ſei, ſind nur Vermuthungen, die einer Beſtätigung noch bedürfen; über den Vrehensis iſt nichts anzuführen, als daß er, außer in den oben angeführten Ablaßbriefen von 1350 und 1351, auch noch in einem Ablaßbriefe für die Kirche S. Mariae Virginis in Halle vom 24. März 1359 (de Ludewig, Reliquiae manuscr. XI, S. 506) erſcheint.

diocesis, congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in singulis sancte Crucis festivitatibus et in omnibus aliis infra sriptis, videlicet natalis Domini, circumcisionis, epiphanie, parasceves, pasche, ascensionis, pentecostes, Trinitatis, corporis Christi, in singulis festis beate Marie virginis, sancti Michaelis archangeli, natalis et decollacionis Johannis baptiste, beatorum Petri et Pauli apostolorum et omnium aliorum apostolorum et evangelistarum ac quatuor ecclesie doctorum, in festo omnium sanctorum, in commemoracione animarum et in dicte ecclesie omniumque altarium ipsius ecclesie dedicacione sanctorumque Stephani, Laurencii, Georgii, Martini, Blasii, Nicolai, Berwardi, Mauricii, Antonii, Dyonisii, Andree, Magni, Thome, Godehardi, Johannis, Bartholomei sanctarumque Marie Magdalene, Katerine, Agathe, Margarete, Elizabethe, Ursule, Dorothee, XI milium virginum et aliorum sanctorum festivitatibus, in quorum honorem in eadem ecclesia altaria sunt fundata, et per octavas omnium festivitatum predictarum octavas habencium singulisque diebus dominicis et sextis feriis tocius anni causa devocionis, oracionis aut peregrinacionis accesserint, seu qui missis, predicacionibus matutinis, vesperis, exequiis et sepulturis mortuorum aut aliis diviuis officiis ibidem interfuerint, aut qui cimiterium dicte ecclesie pie Deum exorantes circuiverint, aut qui corpus Christi vel oleum sacrum, cum infirmis portentur, secuti fuerint, aut pro eisdem infirmis deprecati fuerint, aut qui in serotina pulsacione campane genibus flexis ter *Ave Maria* dixerint, necnon qui ad fabricam, luminaria vel ornamenta dicte ecclesie aurum, argentum, vestimenta, libros, calices aut aliquid suarum facultatum donaverint, legaverint seu donari vel legari procuraverint, vel alias quomodolibet manus porrexerint adjutrices, et qui pro impetratore et confirmatore presencium in vita vel in morte preces Deo porrexerint, quocienscumque, quandocumque et ubicumque premissa vel aliquid premissorum devote fecerint, de omni-

potentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, singuli nostrum quadraginta dies indulgenciarum de injunctis eis penitenciis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Avinione XXI. die mensis Junii anno Domini millesimo CCC°. LI°. et pontificatus domini Clementis pape sexti anno decimo.

Von anderer Hand ist zwischen den beiden letzten Zeilen mit kleinerer Schrift hinzugefügt:

Et nos Gherhardus, Dei et apostolice sedis gracia Mindensis ecclesie episcopus, indulgencias indultas per venerabiles patres ac episcopos supradictos approbamus et presentibus in nomine Domini confirmamus. In cujus approbationis testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CCC°.L°. primo, in die Felicis confessoris.

(Anhängend die 12 Siegel der Bischöfe in rothem Wachs, und in der Mitte das des Bischofs von Minden in gelbem Wachs.)

Stadt-Archiv.

***297. Der Priester Conrad von Oldenberg, genannt der Wechsler, kauft von den Gebrüdern von Ilten verschiedene Güter in Döhren (Amts Hannover), um damit den Altar SS. Simonis et Judae in der Marktkirche zu dotiren, behält sich und seiner Tochter aber deren Benutzung auf Lebenszeit vor. Hannover, 1351. August 14.**

Ik her Conrad van Oldenberghe, gheheten der weslere, de to Honovere woned, en prester, bekenne openbare, dat ik ghecoft hebbe ene höve landes unde en driddendel van ener höve landes uppe deme velde to Dornde unde dre koten in deme dorpe to Dornde unde ene vischweyde unde ver echtwerde darsulves mid alle deme, dat darto hord, van Jordene unde Everde, broderen gheheten van Yltene, de se to lene hadden van den eddelen vorsten, hern Otten unde hern Willehelme, hertoghen to Brunswick unde to

Digitized by Google

Luneborch, unde de se ym upghelaten hebbet; unde dat sulve gůt hebbet desulven vorsten, mine heren, gheeghenet dor usen heren God, goddesdenest darmede to merende, aldus beschedeliken, des gůdes schal ik unde min dochter Gheseke bruken, dewile we beyde leved, van gnade weghene dersulven vorsten, miner heren, unde wan user twier to kord werd, also dat we beyde dod sin, so schal dat gůt mid alle deme, dat darto hord, unde also als ik dat ghecoft hebbe, horen to der ewighen vicarie, de ik bewedemet hebbe in sunte Jurjens kerken to Honnovere to der hilghen apostele altare sunte Symonis et Jude in de ere des hilghen heren sunte Jůstes; unde dat gůt gheve ik to dersulven vicarie, also hir voresproken is, ewichliken to blivende; unde de vicarie unde dat len schollen de vorsten, her Otte unde her Willehelm, hertoghen to Brunswick unde to Luneborch, unde ere erven unde ere nacomelinkghe ewichliken lenen, also alse de breve spreket, de uppe dat len ghegheven sin. Desse stukke betughe ik mid desseme breve, dar min ingheseghel to hankghet, unde is gheschen to Honnovere na Goddes bord dritteynhunderd jar in deme en unde viftegbesten jare, in deme hilghen avende user Vrůwen assumpcionis.[1]

(Anhängend ein Siegel.)

Königl. Archiv.

***298. Das Kloſter Eſcherde verkauft den Hoſpitalen St. Nicolai und St. Spiritus einen Hof nebſt 4 Hufen Landes und die Fiſcherei zu Grasdorf (Amts Hannover). 1351. Sept. 1.**

Universis presencia percepturis, tam presentibus, quam futuris, nos Elizabeth *1), priorissa, et totus conventus sanctimonialium in Esscherte cupimus fore notum, quod, cum

[1]) Abgedruckt bei Moſer V, 334.

*1) Das Siegel dieſer Priorin zeigt einen ſpringenden gekrönten Löwen; von der Umſchrift ſind jetzt nur die Buchſtaben: ...LIZ..... DE ....BOR.. zu erkennen. Eine unter den Heiliger'ſchen Papieren im Königl. Archive ſich findende Zeichnung hat noch: † S' ELIZABET DE ..OMBORCH. Ueber das Kloſter Eſcherde ſ. Lüntzel, Geſchichte der Diöceſe und Stadt Hildesheim II, S. 669 f.

Digitized by Google

per longa tempora contencio et error importunus[2] apud clerum in dyocesi Hildensemensi fuisset, nos quidam prudentes viri pro hujusmodi contencione et errore cassando efficaciter informarunt, quatenus aliquam pecunie summam in adjutorium future pacis et divine concordie ad sedem apostolicam[3], que sumptibus indigere dinoscitur, largiremur, et quia ad hujusmodi concordiam faciendam, quam effectum sortiri maxime cupivimus, necessitate nostra urgente, pecunia indigeremus et vias leviores habere non possemus, maturo prehabito consilio communi et pleno nostro consensu ac omnium et singulorum, quorum interest ac interesse poterat, pro certa pecunie summa nobis integraliter persoluta justo vendicionis tytulo vendidimus et libere dimisimus unam curiam cum quatuor mansis Gravestorpe sita ac usum piscature[4] ibidem cum omni dominio, proprietate, jure et fructu in aquis, pratis, piscaturis ac universis et singulis suis appendiciis, tam in villa, quam extra villam, pauperibus domus sancti Spiritus intra civitatem Honovere et infirmis degentibus hospitalis sancti Nycolai prope Honovere ac eorum provisoribus pro tempore existentibus, necnon ad manus predictorum discretis viris consulibus ibidem libere, pacifice et perpetue possidendam; renunciantes palam et expresse ad manus prefatorum dominio, proprietati ac omni juri, que in prescriptis bonis hucusque habuimus, nichil juris nobis aut nostre posteritati in eisdem reservantes simpliciter et de plano. Insuper presentibus astringimus nos, veram et plenam prestare warandiam dictis emptoribus super dominio, proprietate ac omni attinencia sepedictorum bonorum, quandocumque, quociens et ubicumque ipsis oportunum fuerit et

[2]) nämlich das Schisma wegen der Wahl Heinrichs von Braunschweig und Erichs von Schauenburg.

[3]) Bischof Heinrich von Hildesheim und seine Anhänger waren von den Päbsten Clemens VI und Innocenz VI excommunicirt worden; Chron. Hildesheimense in Monum. Germ. hist. Script. VII, S. 870. Wahrscheinlich sollte durch diese Geldsumme eine Aufhebung dieser Excommunication bewirkt werden.

[4]) Erst im Jahre 1840 ist dieser Meierhof nebst der Fischerei abgelöst worden.

Digitized by Google

ad hoc fuerimus requisite. Ceterum adicimus, videlicet, quod pro hoc tempore preposito caremus, id in premissa venditione prescriptis emptoribus aliquatenus obesse non debeat vel nocere. Et ut omnia, que prescripta sunt, perpetuis temporibus rata et inconvulsa permaneant, sigilla nostra, videlicet priorisse et conventus nostri, presentibus appendi fecimus et dictis emptoribus tradidimus ad testimonium et cautelam sempiternam. Acta et data sunt hec anno ab incarnacione Domini M°. CCC°. quinquagesimo primo, Kalendis Septembris.

(Anhängend 2 Siegel.)

Stadt-Archiv.

299. Burchard Tetze und dessen Sohn Burchard leihen von der Kaufmanns-Innung ein Capital von 10 Mark unter Verpfändung ihres an der Osterstraße belegenen Hauses. 1351. October 1.

Nos Borchardus Tetze senior[1] et Borchardus, filius ejus, recognoscimus in presenti litera nostris sigillis communita, quod cum consensu omnium heredum nostrorum vendidimus discretis viris provisoribus mercatorum in Honovere et toti unioni eorundem pro decem marcis Bremensis argenti pensionem unius marce ejusdem argenti in domo et totali nostra mansione, quam ego, Borchardus senior predictus, inhabito, sita in platea Orientali, medietatem dicte pensionis in festo pasche et aliam medietatem in festo beati Mychaelis annis singulis expedite ministrandam, tali forma, quod nos aut heredes nostri prescriptam pensionem in quolibet predictorum terminorum annuatim pro prenominata summa reemere poterimus, dummodo dictos emptores

[1]) Daß dieser ein Sohn Conrads war, der in den Jahren 1316 und 1317 unter den Consuln genannt wird, geht aus dem Schlusse einer in dem Copialbuche der Kaufmanns-Innung unvollständig erhaltenen Urkunde ohne Datum (um 1350) hervor, wo es heißt: Et nos Johannes dictus Karebom et Borchardus Tetze, quondam Conradi filius, promisimus et presentibus data fide communicata manu nostris sub sigillis promittimus prenarratis aldermannis mercatorum in Honovere et toti unioni etc. S. auch die Urkunde n. 374.

Digitized by Google

per quartale anni fecerimus hoc prescire. Id idem arbitrium jam dicti emptores habebunt, si pecuniam suam capitalem voluerint rehabere. Posuimus insuper predictis emptoribus ad majorem premissorum cautelam tres fidejussores infra scriptos, quorum si aliquis medio tempore decesserit, alium in locum illius merito resumendum infra quindenam statuere debebimus, cum ad hoc requisiti fuerimus, qui in speciali sua litera promissum facere debebit, presenti tamen scripto ob hoc non minus vigoroso. Omnia et singula premissa prescriptis emptoribus data fide promisimus et presentibus promittimus inviolabiliter observare.

Preterea nos Ghyseko de Lubeke senior, Olricus Lucke junior, et Arnoldus de Oslevessen recognoscimus, quod provisoribus mercatorum in Honovere et toti unioni eorundem data fide et manu communicata promisimus et presentibus sub appensione sigillorum nostrorum promittimus ad dictam domum et ejus totalem mansionem, ut si in premissis aut aliquo premissorum defectum aliquem sustinuerint et nos proinde moniti fuerimus, extunc infra quindenam a tempore monitionis immediate proxima ipsis talem defectum integraliter supplebimus sufficientibus pignoribus vel parato cum argento.

Datum anno Domini M°.CCC°.LI°, in festo beati Remigii.

Aus dem Copialbuche der Kaufmanns-Innung (s. XIV.).

300. Hermann Monter leihet von der Kaufmanns-Innung ein Capital von 10 Mark. 1351. November 12.

Ego Hermannus, filius quondam Godfridi Montere, recognosco in presenti littera, meo sigillo munita, quod justo venditionis tytulo vendidi discretis viris aldermannis mercatorum in Honovere et toti unioni eorundem pro decem marcis Bremensis argenti pensionem unius marce ejusdem argenti, medietatem ejus in festo pentecostes et medietatem in festo beati Martini episcopi annis singulis expedite

ministrandam, hac tamen gratia mihi et meis heredibus data, quod prefatam pensionem pro memorata summa in quolibet festo beati Martini reemere poterimus a dictis emptoribus, dummodo pensio tunc temporis demerita persoluta fuerit et ipsos intra nativitatis beati Johannis baptiste et beati Jacobi festa fecerimus hoc prescire. Posui etiam ipsis quatuor fidejussores infra scriptos ad majorem cautelam premissorum, quorum siquis medio tempore decesserit, extunc alium merito sumendum in locum illius infra proximam quindenam, cum proinde monitus fuero, stâtuere debeo, qui in speciali sua littera promissum facere debebit, presenti tamen littera manente suo in vigore. Omnia et singula premissa dictis aldermannis mercatorum in Honovere, quicunque pro tempore fuerint, et toti unioni eorundem data fide promisi et presentibus promitto.

Preterea nos Godfridus Blome, Thydericus Crudenere [1], Godefridus de Lente et Johannes campsor dictus Langhe [2], burgenses in Honovere, recognoscimus, quod aldermannis mercatorum in Honovere et toti congregationi eorundem sub nostris sigillis huic littere appensis data fide et manu communicata promisimus et presentibus sic promittimus, ut si ipsis in hujusmodi pensionis ministratione aut aliquo premissorum defectus quisquam contigerit et nos proinde moniti fuerimus, extunc infra quindenam post tempus monitionis proximam talem defectum cum parata pecunia aut sufficientibus pignoribus integraliter refundere volumus et debemus.

Datum anno Domini M°. CCC°. LI°, in crastino beati Martini episcopi.

Aus dem Copialbuche der Kaufmanns-Innung (s. XIV.).

[1]) Derſelbe Bürger leiht von der Kaufmanns-Innung ein Capital von 10 Mark Bremiſch in domo, area et totali ejus mansione, quam inhabitat, in platea seu vico Uncelinghes sita. Vgl. die unvollſtändige Urkunde bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 288.

[2]) Ob der Johannes Longus, der laut Bürgerbuches im Jahre 1327 Bürger geworden?

Digitized by Google

301. Der Domdechant Dieterich zu Hildesheim vertauscht mit Genehmigung des Domcapitels an den Ritter Aschwin Schenk 14 Höfe in Döteberg, Lohnde und Lameſten gegen 9 Höfe zu Barfelde. 1351. November 24.

We van Goddes gnaden Volcmar domprovest, Dyderic deken, Otte scolemester[1] unde dat gantze capittel des stichtes to Hildensem bekennet unde dot witlic allen, de dessen bref seed eder höred, dat use here de deken vorbenomd[2] mit useme willen unde vulborde verteyn höve, de ghehord hadden to deme höve to Suntte Johannes uppe deme Dampme to Hildensem, der achte höve beleghen sint to Dutheberghe, ver höve to Lone, unde twe höve to Lamesten[3], ghelaten heft mit alleme eghendome unde rechte unde mid deme, dat darto hord, hern Aschwine Schenken unde sinen erven, unde heft vor dat sulve gud van hern Aschwine Schenken in eyner wesselinghe weder ghenomen neghen höve to Bervelte unde wat darto hord, de he mit useme vulborde weder to deme höve sunte Johannis gelecht heved, unde we dat capittel hebben de vorbenomden verteyn höve mit alleme rechte unde nüd, de dar jengherleye wis to hort buten unde binnen den dorpen, hern Aschwine Schenken, riddere, unde sinen erven in ore weere gheantwördet unde gheeghent, unde hebbet van des höves weghene to Sunte Johannes unde van uses capitteles unde stichtes weghene to hern Aschwines hant unde sinen erven vorteghen des vorbenomden gudes mit deme eghendome mit alleme rechte unde plicht, des we unde de vor-

[1]) Volkmar von Alten war Domprobſt zu Hildesheim 1350—1352, Dieterich von Röſſing Domdechant 1347—1352, Otto Graf von Everſtein Domſcholaſter ſeit 1347.

[2]) Der jedesmalige Domdechant verſah auch die Stelle eines Dechanten des Johannisſtifts auf dem Damme bei Hildesheim; vgl. Lüntzel, Geſchichte der Diöceſe und Stadt Hildesheim II, S. 194 ff. 621.

[3]) Döteberg und Lohnde, Kirchſpiels Seelze, Amts Linden; Lameſten iſt ein ausgegangenes Dorf in der Parochie Horſt, Amts Neuſtadt a/R.; ſ. Calenb. Urkundenbuch, Marienſee n. 156. — Barfelde, Kirchdorf Amts Gronau. — Die Güter zu Döteberg, Lameſten und Lohnde kamen ſpäter an den Altar S. Mariae Magdalenae in der Egidienkirche und an den Altar S. Andreae in der Kreuzkirche; vgl. Urk. n. 408 ff.

Digitized by Google

benomde hof darane hadden unde ne scullet dar vorbat mit nichte mer up saken. Desses sulven gudes unde des eghendomes scullen we ore ware wesen, wanne se des bedorvet. Weret ok, dat her Aschwin vorbenomd eder sine erven dat vorscrevene gud, al eder eyn deyl, ichteswanne anders weme totekenen unde laten wolden, deme unde sinen erven scolde we sunder wedersprake sodan recht unde eghendom an deme gude bekennen unde beseghelen, alse we hern Aschwine unde sinen erven in desseme breve bescreven hebben. To eneme orkunde unde openbaren bewisinghe desser dingh hebbe we on dessen bref ghegheven unde bevestent mit uses capitteles ingheseghele. Na Goddes bord dritteynhundert jar in deme eyn unde veftighesten jare, an suntte Katherinen avende.

Aus einer Urkunde des Domcapitels zu Hildesheim vom 7. April 1362 (n. 410.).

***302. Biſchof Heinrich zu Hildesheim iſt damit einverſtanden, daß der Convent zu Eſcherde den Hospitalen St. Nicolai und St. Spiritus 4 Hufen Landes zu Grasdorf (Amts Hannover) verkauft habe. 1351.**

Dei gratia nos Henricus, episcopus ecclesie Hildensemensis, recognoscimus et in presenti litera publice protestamur, quod Elyzabet, priorissa, et totus conventus sanctimonialium in Esscherte vendiderunt et de potestate sua libere dimiserunt pauperibus domus sancti Spiritus intra civitatem Honovere et infirmis degentibus hospitalis sancti Nycholai prope civitatem Honovere ac ipsorum provisoribus pro tempore existentibus necnon ad manus ipsorum consulibus predicte civitatis unam curiam cum quatuor mansis Gravestorpe sita ac usum piscature ibidem cum omni dominio, proprietate, jure et fructu, que ad predictam curiam pertinent quoquo modo et adhuc pertinere contingunt, perpetue et pacifice possidenda. Ut igitur hujusmodi bonorum emptores predicti fructus eorundem bonorum comodius et securius annuatim percipiant, nos

nolumus nec debemus, neque etiam quisquam ex parte nostri debebit prefatos emptores quoquo modo in dictis bonis in futurum molestare. Et ut premissa inconvulsa maneant, presens scriptum sigillo nostro communiri fecimus ad cautelam. Datum anno Domini M°. CCC°. quinquagesimo primo.

(Siegel des Biſchofs.)

Stadt-Archiv.

*303. Die Herzöge Otto und Wilhelm von Braunſchweig belehnen Johann Snellegrave und Jordan Reynolding mit der neuen Mühle an der Ihme. 1351.

Dei gracia nos Otto et Wilhelmus, duces de Brunswic et in Luneborgh, recognoscimus in hiis scriptis, quod Johanni dicto Snellegraven et Jordano Reyndinghe necnon uxoribus ipsorum eorumque veris heredibus novum molendinum supra aquam dictam Ymene[1] prope Honovere cum omni jure et utilitate dimisimus et dimittimus per presentes; de quo molendino dabunt nobis unum modium siliginis ad quamlibet septimanam pro censu; nos vero dictum molendinum Johanni et Jordano prefatis ac uxoribus ipsorum eorumque heredibus contulimus et in hiis scriptis conferimus jure perpetuo possidendum. Volumus eciam ipsis predicti molendini et inpheodacionis veram prestare warandiam, ubicumque eis necesse fuerit et quando ad hoc fuerimus requisiti, dantes eisdem liberam facultatem vendendi, obligandi et dandi dictum molendinum, cuicumque voluerint, dummodo census debitus nobis persolvatur. De prefato eciam molendino ipsos amovere non debemus, interim quod censum nobis dare poterunt supradictum. Si eciam Johannes et Jordanus predicti ac eorum uxores eorumque heredes in dicto molendino aliquid necesse habuerint edificare, ad hoc ligna poterunt ducere

[1]) Dieſe Mühle iſt laut Urk. vom 14. Februar 1358. n. 373 an das Hospital St. Spiritus verkauft worden. Sie heißt in einer Urk. v. 1377: de nie mölen bi der Danzelmersch.

Digitized by Google

licite de nostris silvis. In cujus rei evidenciam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°. CCC°. quinquagesimo primo. [2]

(Anhängend 2 Siegel.)

Stadt-Archiv.

*304. Der Rath zu Hannover thut kund, daß die Proviſoren des Hospitals St. Nicolai unter die Kranken des gedachten Hospitals eine auf 4 Hufen Landes zu Grasdorf (Amts Hannover) ruhende Rente von 18 Schillingen vertheilen ſollen. 1352. Januar 4.

Nos consules in Honovere recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod constituti coram nobis discreti viri provisores patientum domus sancti Nycholai extra civitatem nostram vendiderunt cum nostro consensu eisdem patientibus communibus perpetuos redditus decem et octo solidorum Honoverensium denariorum in quatuor mansis et eorum pertinenciis Gravestorpe sitis, quorum dimidietatem dicti provisores cum dominio et proprietate a conventu monialium in Essecherte comparabant [1]. Hos igitur redditus provisores prefate domus, quicumque pro tempore fuerint, ipsis patientibus equaliter inter se dividendos in festo beati Mychaelis singulis annis perpetuis temporibus dabunt expedite. Super quibus ne dubium oriatur, presentem literam sigillo civitatis nostre roborari fecimus in testimonium sempiternum. Datum anno ab incarnatione Domini M°. CCC°. quinquagesimo secundo, pridie Nonas Januarii.

(Das Siegel abgefallen.)

Stadt-Archiv.

[2]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 189 f.

[1]) Nach der Urk. v. 1. Sept. 1351 n. 298 hatten nämlich die Proviſoren des Hospitals St. Spiritus gemeinſchaftlich mit denen des Hospitals St. Nicolai einen Hof mit 4 Hufen Landes zu Grasdorf gekauft. Die vorliegende Urkunde verfügt nun über die Verwendung der aus der Hälfte dieſer Ländereі aufkommenden Rente zum Beſten der Kranken des Nicolai-Hospitals.

Digitized by Google

305. Der Rath zu Hannover leiht von den Teſtamentsvollſtreckern des Johann Stockfiſch ein Capital von 20 Pfund Pfennige, deren Zinſen zum Beſten der Egidienkirche verwandt werden ſollen. 1352. Juli 1.

Nos consules in Honovere recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod omnium nostrum maturo consilio prehabito et pleno consensu, receptis XX^ti^ talentis Honoverensium denariorum a discretis viris domino Conrado de Yltene, presbitero, et Johanne de Attent (?), executoribus testamenti quondam domini Johannis dicti Stokvisch, justo vendicionis tytulo vendidimus pro eisdem redditus XXIIII solidorum dictorum denariorum, quorum XII solidos provisoribus structure ecclesie sancti Egidii intra civitatem nostram, quicumque pro tempore fuerint, ad comparandum vinum et oblatas pro laude Dei in eadem ecclesia, et sex solidos ad restaurandum partes ruinosas ejusdem ecclesie, item sex solidos domino plebano ibidem et suis cappellanis ac altaristis inter se equaliter dividendos pro anniversario anime prefati domini Johannis de censu et redditibus nobis ex curia sutorum[1] provenientibus[2] in festo beati Johannis baptiste annis singulis dabimus expedite[3]. Hujusmodi autem nos et nostri successores habemus optionem, videlicet quod prefatos redditus pro dictis XX^ti^ talentis quolibet anno in festo nativitatis Christi reemere poterimus, et extunc ipsi provisores ecclesie sancti Egidii cum domino plebano predicti cum nostro beneplacito et consilio pro eisdem XX^ti^ talentis tot red-

[1]) Ueber den Schuhhof, der früher da lag, wo 1565 die Rathsapotheke, 1845 der neue Flügel des Rathhauſes erbaut iſt, vgl. Grupen, Origg. et Antt. Hanov. S. 340 f.

[2]) In dem 1352 aufgenommenen Regiſter der Stadt-Einkünfte (Vetus Copiale p. 71.) findet ſich auch: Sutores dant decem talenta Simonis et Jude.

[3]) Im Memorien-Buche der Egidienkirche (s. XV.) heißt es: Post festum Johannis babtiste in prima ebdomeda provisores hujus ecclesie dabunt plebano VI solidos ad peragendam [memoriam] domini Johannis Stockvisck, duobus capellanis, duobus altaristis et custodi cuilibet VI denarios ..... Summa XXIIII solidi apudt consules.

Digitized by Google

ditus, ut prefertur, perpetuos, ut eis expedire videbitur, comparabunt non secus nec[4], ut predicitur, ob salutem anime sepedicti domini Johannis perpetuis temporibus convertendos. In quorum testimonium etc. Datum anno Domini M°. CCC°. LII°, in octava beati Johannis baptiste.[5]

Aelteſtes Stadt-Copialbuch (s. XIV.) n. XLVII. p. 51 sq.

306. Boldewin von Scherle verkauft der Kaufmanns-Innung eine auf ſeinem Hauſe an der Kupferſchlägerſtraße haftende Rente. 1352. Decbr. 4.

Nos consules in Honovere recognoscimus in presenti litera civitatis nostre sigillo munita, quod constitutus coram nobis Boldewinus de Scherle vendidit discretis viris provisoribus mercatorum civitatis nostre et toti unioni eorundem redditus viginti et quatuor solidorum Honoverensium denariorum pro duodecim talentis eorundem denariorum in domo, area et totali ejus mansione, quam inhabitat, sita in platea Cuprifabrorum[1], medietatem dictorum reddituum in festo pentecostes et medietatem eorundem in festo beati Andree annis singulis expedite ministrandam, hac tamen gratia dicto Boldewino et ejus heredibus data, quod prefatos redditus pro memorata summa in quolibet dictorum terminorum reemere poterunt, dummodo dictos emptores per quartale unius anni fecerint hoc prescire. Iidem etiam emptores poterunt sub innovatione hujus litere sepedictos redditus vendere et dimittere, cuicunque voluerint, salvis tamen civitatis nostre juribus et statutis. Ceterum arbitratus est idem Boldewinus coram nobis, ut, cum aliquis fidejussorum subscriptorum decesserit, alium merito recipiendum in locum illius statuere debeat infra quindenam proximam, cum pro eo fuerit requisitus.

4) Lies ac oder nisi.
5) Abgedruckt im Vaterl. Archiv 1844, S. 196 f.
1) Platea Cuprifabrorum, Copperslegerstrate, hieß früher der Theil der Oſterſtraße zwiſchen der großen und kleinen Packhofſtraße.

Digitized by Google

Nos itaque Roderus Cuprifaber et Hildebrandus Scheyle[2] promittimus sub sigillo civitatis Honovere provisoribus mercatorum predictis et toti unioni eorundem supplere omnem defectum, si quis contigerit in premissis.

Datum anno Domini M°.CCC°.LII°, in die beate Barbare virginis.[3]

Aus dem Copialbuche der Kaufmanns-Innung (s. XIV.), in welchem diese Urkunde durchstrichen ist.

307. Godeke von Lüneburg, Bürger zu Hannover, verkauft dem Johann von Jeinsen, der Witwe Margarethe Speckhauer und deren Sohne, Johann Laue, Grundstücke zu Linden und auf dem Damme vor Hannover, deren Obereigenthum sein Lehnsherr, Herzog Wilhelm von Braunschweig, auf den Todesfall der Käufer zum Bau der Marktkirche überlassen hat. 1352. Dec. 13.

Ick Gödecke van Lüneborg, hörger tho Hannover, bekenne unde betüge openbar inn düssem breve gevesthenet mit minem ingesegel, dat ick Johann van Jeinsen, Margareten, wedewen ichteswanne Johannes Speckauwers, unde Johannse Lauwen, dersülven Greteken sohne, hebbe vorkofft einen rechten kop mit gantzer fulbord Gesen, miner hussfrauwen, unde alle miner erven einen hof mit twen hoven tho Linden vor Hannover unde einen koten vor dem Damme darsülvest, de up dem upschote gelegen is, mit allem öbren rechte unde nütte, de darto höret, de de ehrbar forste, min her hertoge Wilhelm van Brunswick unde Lüneborg, dor miner bede willen geegnet hefft tho dem buwe der kerken sünte Jacobs und sünte Jürgens[1]

[2]) Die Familie Schele, aus welcher der bekannte Bischof von Lübeck, Johann Schele, stammte, erscheint seit 1321 in Hannover. Marienroder Urkundenbuch n. 237.

[3]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antt. Hanov. S. 279.

[1]) Diese und die folgende Urkunde sind die einzigen, in welchen vor dem Jahre 1380 der Marktkirche die heiligen Jacob und Georg als Patronen gegeben werden, und bis zum Jahre 1388 finden sich auch nur zwei Beispiele, worin dem heiligen Georg der heilige Jacob noch vorgesetzt wird, eine Notiz im s. g. rothen Buche von 1380 und ein Transsumt einer Urkunde vom 28. Nov. 1381. Grund genug, um die Richtigkeit der Benennung vor dem Jahre 1388 zu bezweifeln.

Digitized by Google

tho Hannover na der vorbenömden dreyer persohnen dode alsodaner wise, dewile dat öhrer jennig levet, so schult de gentzlicken bruken des vorbenömden gudes tho einer rechten liftucht; wanne aver öhrer al drier to korth wart, so schullen de olderlüde der vorbenömden kerken, de tho tiden sint, sik düsses gudes underwinden unde keren de nütt an dat buw, darby den ewichlicken tho blivende. Ock schall ick unde mine erven den vorbenömden köperen düsses gudes rechte wahrende wesen, wanne unde wodicke öhme edder öhrer jennigen des nod wart, unde idt van my eder mynen erven geeschet wart. Ock bekenne ick, dat düt vorbenömt gud is van my upgesent minen heren van Lüneborg, unde hebbe des ohne[2] rechte vortichte gedan, alse dat ick edder mine erven daranne nicht rechtes bekennen[3] möge. Alle düsse vorscrevene stücke hebbe ick den vorbenömten köperen an truwen gelovet vor mick unde mine erven stede, vast und unbrecklicken to holdende, unde ick Gese vorbenömt bekenne under Godecken ingesegel, mines mannes, dat ick an düssen vorbescrevenen gude neine liftucht en hebbe unde en mach dar nummer rechtes anne bekomen.

Vorthmer wy, de radt tho Hannover, bekennen, dat wy dorch bede willen Gödecken van Lüneborg unde Gesen, siner hussfrowen vorbenömt, unser stadt ingesegel hebben hengt laten by Gödecken ingesegel an düssen breff to ener mehren getüchnisse aller düsser vorbescreven stucken; unde is geschen na Goddes borth drütteinhundert jahr in dem twe unde vertigsten[4] jahre, in sünte Lucien dage.

Nach einer sehr flüchtigen Abschrift in Grupen's Hist. eccl. Hannov. ante reformat. MS., Vol. I. cap. V.

[2]) Lies ene.
[3]) Lies bekomen.
[4]) Offenbar verschrieben für veftigsten; s. Urkunde 308.

Digitized by Google

308. Der Herzog Wilhelm von Braunſchweig ſchenkt das Oberrigenthum einiger Grundſtücke zu Linden und auf dem Damme vor Hannover, welche der Hannoverſche Bürger Godeke von Lüneburg von ihm zu Lehn getragen hatte, zum Bau der Marktkirche.
1352. December 21.

Vann der gnade Goddes wy hertoge Wilhelm vann Brunswig unde Lüneborg dohnn witlick allen den, de düssen bref sehenn [eder] hörenn lesen, dat wy tho dem buwe unser kerken sünte Jacobs und sünte Jürgens[1] tho Hannover, de vann uns tho lehne geit, hebbet gelaten unde gegeven dat[2] godt unser olderen unde unser sehlenn tho troste de herschop unde den egendom eines hoves unde twier hove tho Linden vor Hannover, eines kohten vor den Damme darsülvest, de up den upschote gelegen is, mit all öhren rechte unde nütte, de dartho höret, de Gödecke vann Lüneborg, unser börger tho Hannover, van uns tho lehne gehad hadde. Des schullet Johann van Jeinsen, Greteke, wedewe ichteswanne Johannes Speckhauwers, unde Johannes Lauwe, öhr sohne, dorch bede willen des vorbenömten Gödeken vann Lüneborch dessülven gudes bruken, dewile dat se edder öhrer jennig levet; wann aver öhrer all dryer tho kort worde, so schullen de olderlüde der vorbenömten kercken sünte Jacobs und sünte Jürgens sick des gudes underwinden und kehren dat inn des buwes nütt ewichlicken darby tho blivende. Hierumme lathe wy vann allen eigendome unde rechten des vorbenömten gudes, alse dat wy edder unse nhakommennlinge dar nichts rechtes anne beholden. Desses tho einem ewigen uhrkunde hebben wy düssen breff besegelt heten mit unsem inghesegel. Datum anno Domini dusent drehundert twe und vofftich, in die sancti Thome apostoli.

Nach einer ſehr flüchtigen Abſchrift in Grupen's Hist. eccl. Hannov. ante reformat. MS., Vol. I. cap. V.

1) S. die Anmerkung 1 zu der vorhergehenden Urkunde.
2) Ob dor Gotd? um Gottes willen?

309. Ulrich Lucke der Jüngere leihet von der Kaufmanns-Innung ein Capital von sechs Pfund Pfennige. 1352. Decbr. 26.

Ego Olricus Lucke junior recognosco in presenti litera meo sigillo munita, quod cum consensu heredum meorum omnium, quorum interest seu interesse poterit, vendidi provisoribus mercatorum in Honovere, qui pro tempore fuerint, redditus duodecim solidorum Honoverensium denariorum pro sex talentis eorundem denariorum singulis annis in festo nativitatis beati Johannis baptiste expedite ministrandos, tali tamen gratia mihi seu meis heredibus observata, quod dictos redditus singulis annis reemere poterimus ab ipsis provisoribus duobus terminis, scilicet in festo nativitatis beati Johannis baptiste aut in festo nativitatis Christi pro pecunia memorata, redditu tamen censuali tempore seu termino debito prius erogato, dummodo ipsos per quartale anni fecerimus hoc prescire. Id ipsum arbitrium iidem provisores habebunt, si pecuniam suam voluerint rehabere. Posui etiam ipsis duos fidejussores infrascriptos, quorum si aliquis obierit, alium in locum illius defuncti statuam infra quindenam immediate, cum proinde monitus fuero, merito resumendum. Hec prescripta omnia fide data promisi et presentibus promitto sepedictis provisoribus inviolabiliter observare.

Ceterum nos Ghyseko de Lubeke senior et Conradus de Stenhus recognoscimus sub sigillis nostris in his scriptis, quod promisimus et presentibus fide data communicata manu promittimus provisoribus mercatorum in Honovere, qui pro tempore fuerint, ut si in premissis aut aliquo premissorum defectum quempiam sustinuerint, talem defectum volumus et debemus ipsis infra quindenam immediate tum, cum proinde moniti fuerimus, parata pecunia et sufficientibus pignoribus refundere integraliter et supplere.

Datum anno Domini M°. CCC°. quinquagesimo secundo, ipso die beati Stephani.

Aus dem Copialbuche der Kaufmanns-Innung (s. XIV.).

310. ***Dessen tins dat Arnoldus et ejus heredes.*** **1352.**[1]

Arnoldus Wiesen dat I marcam Bremensem annuatim de domo sua, mediam Mychaelis et mediam pasche; mediam marcam provisores structure Sancti Georgii convertent ad usum structure, aliam mediam marcam exponent bis in anno, unum fertonem in communi septimana et unum in minori carnisprivio pro memoria anime Loders, et hos duos fertones provisores possunt distribuere, ad quamcumque ecclesiam voluerint. Hanc pensionem dictus Arnoldus ac sui heredes possunt reemere pro decem marcis Bremensibus, quando volunt. Corpus dicti Loders est sepultum Hildensem apud Sanctam Mariam Magdalenam. Hanc literam modo quitavit Arnoldus Wiese, et ille decem marce sunt converse ad testudines novas in ecclesia sancti Georgii. Item sí in posterum aliqua litera inventa fuerit, quam Loder arbitratus fuerit sub sigillo civitatis in predicta domo, illa est redempta et non ligabit.[2]

Aelteſtes Stadt-Copialbuch N. CXV. pag. 73.

311. Bertram von Harboldeſſen, Knappe, entſagt ſeinen Anſprüchen an 7 zu Ricklingen belegene Morgen Landes zu Gunſten des Prieſters Robert Binnenwis.[*1] **1353. Februar 10.**

Ek Bertram van Harboldessen, knape, Johannes sone van Harboldessen, enes knapen, bekenne unde betuge openbare in desseme breve, de beseghelet is mit mime inghe-seghele, dat ek mit godeme willen degher unde al hebbe

[1]) Die hier gegebene Notiz folgt unmittelbar auf ein Verzeichniß der Stadt-Einkünfte, welches folgendermaßen anfängt: »Dessen tins ghift men der stad: Anno Domini M°.CCC°.LII°. discretis viris Johanne Wichmanne et Johanne Karebom existentibus magistris civium collecti sunt redditus et census civitatis, conscripti ad presentem librum, ut ex eo ipsi census et redditus debitis suis terminis monitionibus valeant extorqueri.«

[2]) Abgedruckt im Vaterl. Archiv 1844, S. 232 f.

[*1]) Später wurden dieſe 7 Morgen von Robert Binnenwis zu einer in der Kreuzkirche zu haltenden Memorie beſtimmt. Vgl. Urk. 338. vom 29. Sept. 1355. Das geiſtliche Lehnregiſter erhebt davon noch jetzt Zinskorn.

laten van seven morghen landes to Groten Rickelinghe, de min vader heft vorkoft heren Rotberte Binnenwise, eme prestere, unde de de greven van Halremund hebbet gheeghenet desseme sulven heren Rotberte, unde ek affte jement van miner weghene en beholdet nenerleyghe recht mer in dessen seven morghen landes. Unde ek wil unde scal desses sulven gudes desseme vorsprokenen heren Rotberte und deme affte den, den he dit goyt gift, ein recht warend wesen, wor se dat van mi eschet unde on des noyt is. Alle desse vorbescrevene dinch de love ek vorbenomede Bertram entruwen desseme vorbenomeden heren Rotberte unde deme afte den, dene he dit sulve goyt gift, stede unde vast to holdende; unde is gescen na Goddes bord drutteynhundert jar in deme dre unde viftegesten jare, in sunte Scolasteken daghe.[2]

***312. Die Edelherren von Dorstadt erlauben ihrem frühern Vasallen, dem Priester Wulfhard von Ewippe, mit einigen Gütern zu Rethen (Amts Hannover) einen Altar[1] in der Kreuzkirche zu dotiren. 1353. Februar 22.**

In nomine Domini Amen. Universis presentia visuris seu audituris nos Walterus et Borchardus fratres nobiles de Dorstad cupimus fore notum, quod accedens ad nos vir discretus Wulfardus dictus de Ewyppe, sacerdos, quondam pheudotarius noster super quadam curia et duabus casis ac tribus mansis in campis ville Reten sitis, elegit ad se idem Wulfardus ad infra scripta in potestate sibi equales discretos viros, videlicet dominum Everhardum dictum de Heytdorne, presbiterum, Rotbertum de Neynstad juniorem ejusque heredes et Wichmannum Ostmedinc, qui unani-

[2]) Abgedruckt bei Moser V, S. 337. und im Hannov. Magazin 1844, S. 696. Die Urkunde, welche Möhlmann vom Originale hat abdrucken lassen, ist im Archive jetzt nicht wieder aufzufinden, auch nicht in das von Möhlmann angefertigte Repertorium aufgenommen.

[1]) den Altar Trium Regum.

Digitized by Google

miter atque humiliter nobis supplicaverunt, quatenus ipsorum desiderio dictam curiam cum prefatis mansis et casis de novo dare et apropriare dignaremur ad quoddam altare per dictas personas dotandum intra vel extra oppidum Honovere ubicumque ipsis aut uni predictorum, si medio tempore aliquos eorum obire contigerit, aut illi vel illis, cui vel quibus id in posterum committendum duxerint, placuerit pro sustentacione presbiteri missarum sollempnia ad idem altare celebrantis, ut ipsum altare pluribus bonis et redditibus forte ampliari posset, nostrum consensum adibere dignaremur, quamvis cum dilectus pater noster, felicis recordacionis dominus Borchardus nobilis de Dorstad, pridem [2] dictam curiam, mansos et casas cum nostro consensu dederit et apropriaverit ad quoddam altare dotandum intra Honovere, et quod ipsum altare, si intra aut extra jam dictam civitatem Honovere quomodolibet alias dotatum fuerit, pluribus redditibus augeri poterit, prout ex informacione et industria predictarum personarum plenius confidimus et speramus; nos igitur ad honorem omnipotentis Dei et gloriose matris ejus Marie bona deliberacione nostra prehabita cum pleno consensu heredum nostrorum utriusque sexus ac omnium et singulorum, quorum intererat aut interesse poterat seu poterit in futurum, libera voluntate donavimus et propriavimus et nichilhominus presentibus donamus et appropriamus ejusdem curie proprietatem et trium mansorum ad ipsam spectancium et duarum casarum cum omnibus et singulis suis juribus et pertinenciis in villa et extra villam Reten sitis ad altare prefatum dotandum per personas antedictas aut per unam earum, si medio tempore que obierint, ubi et quandocumque ipsis aut alteri iporum, ut prefertur, placuerit, aut ei vel eis, cui vel quibus hoc in posterum fortassis duxerint vel duxerit committendum, renunctiantes palam et expresse dicte proprietati et omni juri, quod nobis seu posteris nostris in ipsis competebat seu competere posset ratione

[2]) Vgl. die Urk 242. vom 11. November 1346.

Digitized by Google

hujusmodi donationis quomodolibet in futurum, et prestabimus ipsis ac presbiteris, qui in posterum ipsum altare habebunt, veram et legitimam warandiam, ubi oportebit, quando vel quociens nos aut nostri heredes ad hoc fuerimus requisiti. In quorum omnium perpetuum testimonium, ut presentibus et futuris premissorum evidencia fidem astruere valeat, presens scriptum sigillis nostris fecimus roborari. Datum anno Domini M°. CCC°. quinquagesimo tercio, in cathedra Petri.

(Anhängend 2 Siegel.)

Stadt-Archiv.

313. Dieterich Bock, Bürger zu Hannover, leihet von der Kaufmanns-Innung zu Hannover ein Capital von 5 Mark. 1353. Mai [12—19].

Ego Thydericus dictus Bok, civis in Honovere, recognosco in presenti littera meo sigillo munita, quod ego et mei heredes vendidimus discretis viris provisoribus mercatorum in Honovere, quicumque pro tempore fuerint, et toti unioni eorumdem pensionem dimidie marce Bremensis argenti pro quinque marcis ejusdem argenti in festo beati Martini episcopi annis singulis expedite ministrandam. Hujusmodi autem ego et mei heredes cum dictis emptoribus ad invicem habebimus optionem, videlicet cum nos jam dictis emptoribus intimaverimus seu ipsi postulaverint dicte pensionis reemptionem intra epiphanie Domini et purificationis beate Marie virginis festa, extunc ego et mei heredes antedictam pensionem pro quinque marcis prenominati argenti in festo pentecostes tenebimur reemere et ad hoc pensionem suam in tempore demeritam in quemlibet eventum ministrare, quamdiu non fuerit expensa pecunia premissa capitalis. Posui insuper ipsis pro majori premissorum certitudine duos fidejussores infra scriptos, quorum siquis ante reemptionem hujusmodi decesserit, alium in locum defuncti meritorium infra quindenam proximam, cum pro eo monitus fuero, cum speciali sua littera statuere

debebo cum eodem promisso, presenti tamen scripto ob id non minus valituro. Omnia et singula premissa dictis provisoribus et eorumdem cuilibet ac toti unioni eorumdem data fide promisi ac pro me et heredibus meis promitto solide et inviolabiliter observare.

Ceterum nos Adolfus de Rintelen junior, filius quondam Thyderici de Rintelen, et Johannes dictus Bok, frater predicti Thyderici, cives in Honovere, recognoscimus, quod provisoribus mercatorum in Honovere et eorum cuilibet ac toti unioni eorumdem data fide et in solidum promisimus et presentibus sub sigillis nostris promittimus, ut si in premissis defectum aliquem sustinuerint et nos proinde moniti fuerimus, talem defectum infra quindenam a tempore monitionis proximam integraliter cum parata pecunia aut pignoribus competentibus et sufficientibus refundere debebimus, contradictione nostra aut alterius nostrorum quolibet non obstante.

Nos consules in Honovere recognoscimus presentibus literis publice protestando, quod unanimi consensu et maturo prehabito consilio vendidimus Johanni de Berkensen, necnon Johanni[2], Henrico et Godfrido fratribus eciam dictis de Berkensen, predicti Johannis patruis, et eorum heredibus ac illi, qui presentem literam cum ipsorum voluntate habuerit, pensionem novem marcarum puri argenti Honoverensis ponderis et warandie pro centum marcis ejusdem argenti, unam medietatem dicte pensionis in festo nativitatis Christi et aliam in festo beati Johannis baptiste annis singulis expedite ministrandam, hac tamen gracia nobis et nostris successoribus observata, quod prenotatam pensionem novem marcarum pro dictis centum marcis omni anno in festo beati Jacobi apostoli reemere poterimus, dummodo dictos emptores in festis pasche et festis pentecostes fecerimus hoc prescire. Si quoque prefati emptores aut presentem literam cum ipsorum voluntate habens pecunie sue capitalis interim indiguerint, extunc poterunt dictam pensionem sub innovatione hujus litere alteri, cuicumque voluerint, vendere seu dimittere, velud eam comparabant, salvis tamen in premissis civitatis nostre juribus et statutis. In quorum testimonium sigillo civitatis nostre presentem literam fecimus communiri. Datum anno Domini M°. CCC°. quinquagesimo primo, ipso die beati Odolrici confessoris.

(Siegel abgeſchnitten, die Urkunde ſelbſt zerſchnitten.)

Stadt-Archiv.

***365. Gerhard von Schauenburg, Generalvicar des Mindener Stifts, beſtätigt die Stiftung und Dotirung der erſten Meſſe und einer Memorie des Dieterich Karebom am Altare [S. Thomae et] S. Andreae in der Kreuzkirche. 1357. Juli 26.**

[1]) Dieſe Urkunde iſt irrthümlich hierhergeſetzt; ſie gehört hinter Urk. 296.
[2]) Ein Johannes de Berkensen wurde zufolge des Bürgerbuches 1329 Bürger.

Gherhardus de Scowenborch, generalis vicarius ecclesie Mindensis, omnibus Christi fidelibus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Noverint universi presentes literas inspecturi, quod, cum nobiles viri comites de Halremůnt ad divinum cultum aucmentandum dominium duarum curiarum in Minori Riclingen et quinque mansorum ibidem in campis jacentium et ad dictas curias pertinentium ad preces parvi Warmodi, burgensis in Honovere, et Warmodi[1], filii quondam Reynoldi de Linden, tunc similiter burgensis ibidem, pheudatoriorum eorundem bonorum, cum omni jure et utilitate, tam in villa, quam extra villam, in discretos viros consules in Honovere transtulerint ipsisque dicta bona apropriaverint[2], nichil juris sibi seu suis successoribus reservantes, idemque consules ad preces eorundem pheudariorum predicta bona ad medium altare in ecclesia sancte Crucis ibidem in honore beati Andree apostoli consecratum deputaverint et cum eisdem dictum altare dotaverint ad ipsum perpetuo remanendis, et ad ipsum discretum virum Warmodum Reynoldi, nunc sacerdotem, antedictum presentaverint, volentes et cupientes, ut ante et ad idem altare summo mane servetur prima missa, que ibidem actenus non extitit observata, ita tamen, quod dictum altare non reputetur beneficium temporibus dicti Warmodi, nec ad ulteriores missas nisi tantum ad quatuor in ebdomada cum nota tamen celebrandas idem Warmodus astringatur, quas per se vel per alium celebrabit; post mortem vero ipsius idem altare representare et existere debet beneficium et per successorem suum ante ipsum omni die missa prima cum nota, ut premittitur, celebranda, ad quod discretus vir Thidericus dictus Karbom[3], burgensis ibidem,

[1]) Bei Scheidt, Vom Adel, Mantissa S. 324, heißt er in 2 Urkunden, von 1361 und 1365, Wasmodus de Linden und Wasmot van Linden; in der erstern wird er sacerdos commorans in Honovere genannt.

[2]) S. die Urk. 252 vom 29. Juni 1347.

[3]) Schon am 24. Februar 1324 erscheint Thidericus Karebom, civis in Honovere, als Zeuge. v. Hodenberg, Calenberger Urkundenbuch, Barfinghausen n. 145.

pio ductus affectu ob sue et uxoris sue salutem anime remedium donavit legaliter dimidie marce, quamdiu ipsi ambo vixerint, post mortem vero ipsorum integre marce puri annuos reditus ad dictum altare certitudinaliter ministrandos de domibus suis [4], quibus actu inhabitant, — nichilominus in eisdem domibus unum fertonem puri argenti ad dictum altare ad peragendum anniversarium eorum perpetue deputavit, quos redditus successor earundem domorum, qui pro tempore fuerit, sive jure hereditario aut emptorio succedit, persolvebit; si vero prefatus successor hujusmodi redditus exsolvere voluerit, extunc pro una marca viginti marcas et pro fertone quinque marcas puri argenti solvere dinoscitur et debet — nobisque extitit humiliter supplicatum, ut ad premissa confirmanda procedere dignaremur, nos vero, ut cultus divini officii ex nostra promotione et consensu non minus augeatur et eisdem participes a Domino fieri mereamur, hujusmodi dotationem cum presentatione in Dei nomine liberaliter approbamus et approbatam auctoritate ordinaria presentibus confirmamus, presertim cum ad hoc accedat gratiosa voluntas et plenus consensus tam consulum memorati opidi Honovere, patronorum ecclesie prenarrate, quam discreti viri Brûnonis dicti Lutzeken, pronunc rectoris, idem ordinantes et statuentes, ut sacerdos, qui ad ipsum altare fuerit presentatus, ibidem diatim per se vel per alium summo mane, cum ad hoc pulsatum fuerit, nunc pro defunctis, nunc de festis, prout rectori hujus ecclesie placuerit, celebret unam missam, facturus tamen in hiis missis memoriam eorum, pro quorum dotatum est altare remedio peccatorum. Eo autem tempore, quo quis presentatur, si sacerdos non fuerit, tante habilitatis [sit], ut infra annum primum in sacerdotem valeat ordinari. Preterea ne rector prefatus occasione sacerdotis illius ullam diminutionem seu aliquem defectum sustineat, ut sine briga alter alteri majori concordia et amore uniatur, sacerdos ille universas oblaciones ad idem altare quomodolibet

[4]) Ueber die Lage dieſer Häuſer ſ. die Urkunden 446 u. 456 vom 26. Februar 1368 und vom 19. Januar 1369.

apportatas seu eidem in dicte ecclesie parrochia publice vel occulte pro votivis presentatas ipsi rectori fideliter et integre presentabit, illis votivis duntaxat exceptis, quas earum largitores non rectori, sed alii vel aliis decreverint elargiri. Et ut divinum offitium in eadem ecclesia solempnius peragatur, idem sacerdos horas canonicas et vigiliis defunctorum in choro canendis vel legendis cum ipsius ecclesie rectore vel ejus cappellano cottidie intererit, nisi causam racionabilem habuerit abessendi ipsius, pro rectoris commodo et profectui, quantum in eo est, fideliter intentus, sicut ceteri sui cappellani reverenciam et honorem in omnibus exhibebit. Ipse quoque rector eum tamquam suum cappellanum promovebit et tuebitur efficaciter vice versa et procurabit sibi, sicut alii sacerdoti, omnia et singula ad celebracionem misse necessaria ministrari. In premissorum omnium evidens testimonium sigillum nostri vicariatus presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo, in crastino beati Jacobi apostoli.

(Anhängend ein Siegel.)

Stadt-Archiv.

366. Der Rath zu Hannover bezeugt, daß der Rathsherr Gieseke von Lüpke und sein Bruder Johann von Lüpke von der Kaufmanns-Innung zu Hannover ein Capital von 12 Pfund Pfennigen gelichen haben, wofür sie eine auf dem Hause des Schmiedes Hermann von Gerden bei dem Kleinen Wolfshorn (Kleine Packhofstraße) ruhende Rente zum Pfande setzen. 1352. Sept. 29.[1]

Nos consules in Honovere recognoscimus in presenti littera civitatis nostre sigillo munita, quod constitutus coram nobis Ghyseko de Lubeke junior, consulatus nostri socius, et Johannes de Lubeke, frater ejus, vendiderunt discretis viris provisoribus mercatorum civitatis nostre et toti unioni eorumdem redditus viginti et quatuor solidorum Honoverensium denariorum pro duodecim talentis eorumdem denariorum in censu ipsorum hereditario, quem

[1]) Diese Urkunde gehört eigentlich hinter Urk. 305.

Digitized by Google

in domo et tota habitatione Hermanni de Gherdene fabri[1], sita prope Minorem Wulveshorne, dicti fratres habere dinoscuntur, in festo pasche annis singulis expedite ministrandos, hac tamen gratia prenominatis fratribus eorundemque heredibus data, videlicet quod predictos redditus in quolibet festo beati Michaelis pro memorata summa reemere poterunt, dummodo prelibatos emptores per quartale unius anni fecerint hoc prescire. Iidem etiam emptores poterunt sub innovacione hujus littere prenominatos redditus vendere seu dimittere, cuicunque voluerint, velud eos compararunt, statutis tamen nostre civitatis salvis. Datum anno Domini M°. CCC°. LII°, in festo beati Mychahelis.

Aus dem Copialbuche der Kaufmanns-Innung (s. XIV.).

367. Protokoll über die Vereinbarung zwischen den Herzögen Erich dem Aeltern und Erich dem Jüngern von Sachsen-Lauenburg einerseits und den Städten Hannover und Uelzen andererseits, die Zölle im Herzogthum Niedersachsen betreffend. Eißlingen, 1357. October 29.

Na Goddes bort driteynhundert jar in deme seveden unde veftighesten jare, des sondaghes vor alle Goddes hilghen, uppe der tolenbode to Eyslinghe*[1] wart ghedeghedinghet twischen den erbaren vorsten, heren Erike deme elderen unde heren Erike, sineme sone, hertoghen van Zassen, uppe ene zid unde den borgheren van Honovere uppe andere zid aldus, dat twene ratmanne van Honovere scolden hebben beholden mit oreme ede van orer stad weghene unde orer ghemenen borghere weghene, dat dit ore olde tolnrecht were: »Wanne eyn borghere van Honovere sin ghut hedde ens vortolent to Molne[2] eder anders wore, dar men in der herscap van Zassen plecht tolen to ghevende, so en drofte men dat ghud nerghen mer

[1]) Im Liber burgensium findet ſich S. 326 die Notiz: Faber, qui duxit relictam Hermanni de Gherdene, non recipietur in burgensem.

*[1]) jetzt Tollenſpieker in den Vierlanden.

[2]) Möllen, Stadt im Herzogthum Lauenburg.

vortolen uppe der reyse, mer dat ghud mochte man voren unde bringhen vri unde umbeworen over lant unde de Elve upwort eder nederword, wor malc wolde.« Den eed leten de vorbenomeden heren van Zassen deme rade van Honovere dor vruntscap, unde spreken, se wolden de borghere van Honovere bi deme rechte laten dor uses heren willen van Luneborch. Dit deghedingheden her Bertolt van Reden, her Zeghebant van Berghe, riddere, unde Zeghebant van Reden. Hir weren over twene ratmestere van Luneborch, her Johan Beven unde her Hartwich van der Zulten, unde twene ratmanne van Ulezen, Herman Brasche unde Ludolf Stirhorn, van der van Honovere weghene Olric Luceke de junghere unde orer stad scrivere[3].

Vortmer wart dar ghedeghedinghet umme de van Ulezen, dat de vorbenomde hertoghen van Zassen se scolden bi rechte laten an deme tolne der stucke, dar se umme schelhachtich weren.

Et notandum, quod ista prescripta placita sunt scripta ad librum civitatis Luneborch et ad librum civitatis Ulezen pro premissorum perduranciori memoria et cautela.[4]

Aelteſtes Stadt-Copialbuch (s. XIV.) n. XXXIII. p. 39 sq.

*368. Der Edelherr Ludwig von Dorſtadt ſchenkt dem Prieſter Wulfhard von Ewyppe zur Dotirung eines Altars innerhalb der Stadt Hannover[1] einige Grundſtücke zu Rethen (Amts Hannover). 1357. November 11.

In nomine Domini Amen. Universis presencia visuris seu audituris nos Lodewicus nobilis de Dorstad cupimus fore notum, quod accedens ad nos vir discretus Wlfardus dictus de Ewyppe, sacerdos, quondam pheudotarius noster super quadam curia et duabus casis ac tribus mansis in campis ville Rethen sitis, elegit ad se idem Wlfardus ad infrascripta in potestate sibi equales discretos viros, vide-

[3]) Johannes de Smalenborch; vgl. Urk. 372.
[4]) Abgedruckt im Vaterl. Archiv 1844, S. 176 ff.
[1]) des Altars Trium Regum in der Kreuzkirche.

Digitized by Google

licet dominum Everhardum dictum de Heydorne, presbiterum, Rotbertum de Nyenstad juniorem ejusque heredes et Wichmannum Ostmedinch; qui unanimiter ac humiliter nobis supplicaverunt, quatenus ipsorum desiderio dictam curiam cum prefatis mansis et casis de novo dare et apropriare dignaremur ad quoddam altare per dictas personas dotandum intra vel extra oppidum Honovere, ubicumque ipsis aut uni predictorum, si medio tempore aliquos eorum obire contingerit, aut illi vel illis, cui vel quibus id in posterum committendum duxerint, placuerit, pro sustentacione presbiteri missarum sollempnia ad idem altare celebrantis, ut ipsum altare pluribus bonis et redditibus forte ampliari posset, nostrum consensum adhibere dignaremur, quamvis tamen pater noster felicis recordacionis, dominus Borchardus nobilis de Dorstad, pridem dictam curiam, mansos et casas cum nostro consensu dederit et apropriaverit[2], et dilecti fratres nostri, Walterus et Borchardus nobiles de Dorstad, de novo dederint et apropriaverint[3] ad quoddam altare dotandum intra Honovere. Et quia ipsum altare, si intra aut extra jam dictam civitatem Honovere quomodolibet alias dotatum fuerit, pluribus redditibus augeri poterit, prout ex informacione et industria predictarum personarum plenius confidimus et speramus, nos igitur ad honorem omnipotentis Dei et gloriose matris ejus Marie bona deliberacione nostra prehabita cum pleno consensu heredum nostrorum utriusque sexus et omnium et singulorum, quorum intererat vel interesse poterat seu poterit in futurum, libera voluntate donavimus et propriavimus et nichilominus presentibus donamus et apropriamus ejusdem curie proprietatem et trium mansorum ad ipsam spectancium et duarum casarum cum omnibus et singulis suis juribus et pertinenciis in villa et extra villam Rethen sitis ad altare prefatum dotandum per personas antedictas aut per unam earum, si medio tempore que obierint, ubi et quandocumque ipsis aut alteri ipsorum, ut prefertur,

[2]) S. die Urk. 242 vom 11. Nov. 1346.
[3]) S. die Urk. 312 vom 22. Febr. 1353.

placuerit, aut ei vel eis, cui vel quibus hoc in posterum fortassis duxerint vel duxerit committendum; renunciantes palam et expresse dicte proprietati et omni juri, quod nobis seu posteris nostris in ipsis competebat seu competere posset racione hujusmodi donacionis quomodolibet in futurum, et prestabimus ipsis ac presbiteris, qui in posterum ipsum altare habebunt, veram et legitimam warandiam, ubi oportebit, quando et quociens nos aut nostri heredes ad hoc fuerimus requisiti. In quorum omnium perpetuum testimonium, ut presentibus et futuris premissorum evidencia fidem astruere valeat, presens scriptum sigillo nostro fecimus roborari. Datum anno Domini M°. CCC°. LVII°, ipso die Martini confessoris gloriosi.

(Anhängend ein Siegel.)

Stadt-Archiv.

*369. Herzog Wilhelm von Braunſchweig räumt der Stadt Hannover das Recht ein, die Stadt, mit Ausnahme der nach Lauenrode zu liegenden Seite mit Gräben und Mauern zu befeſtigen; auch beſtätigt er derſelben ihre alten Rechte, namentlich auch das Mindenſche Recht. Lüneburg, 1357. Dec. 10.

Van Goddes gnaden we her Wilhelm, hertoghe to Brunswic unde to Luneborch, bekennet openbare, dat we usen leven borgheren user stad to Hounovere gheorloved unde ghegheven hebbet, dat se moghen use stad Honnovere vestenen, buwen unde beteren mid mürende unde mid gravende, wor den ratmannen darsulves dunket, dat des behof sy, ane jeghen use borch to Lowenrode, dar en schollen se nicht buwen, noch graven, noch de stad mer vestenen, wen alse se nu dar ghevestenet is. Ok so gheve we on, dat se schollet bliven bi al oreme olden rechte unde bi Mynderscheme rechte unde bi wonheyd, de se had hebbet bi user overelderen unde bi uses vader tiden, den God gnedich si. Ok en schollet desse breve den breven, de se hebbet van usen overelderen unde van useme vadere, unde oren olden breven nen schade wesen. To

ener bethughinkghe desser ghave hebbe we on dessen bref ghegheven, besegheled mid useme ingheseghele; unde is gheschen to Luneborch na Goddes bord dritteynhundert jar in deme seven unde vifthegesten jare, des neghesten sondaghes vor sunte Lucien daghe.[1]

(Siegel des Herzogs.)

Stadt-Archiv.

370. Uebereinkunft zwiſchen dem Rathe zu Hannover und den Beginen daſelbſt wegen Zahlung des Schoſſes. 1357. Decbr. 20.

De Begghinen en sweret nen schot.

Anno Domini M°. CCC°. LVII°, in vigilia beati Thome apostoli, dit wort ghedeghedinghet twischen deme rade unde den Becghinen: dat de Becghinen scolet des scotes vordreghen wesen van to jare unde nu vor ore unghemac unde scaden, de se leden, do men den torn*1 buwede, denne mer scolet se vorscoten malc ore ghud bi orer samwetichet, alse de rad dat settet, unde jowelc scal ore scot uppe dat hus sunderliken bringhen, unde welic orer id echtnod beneme, de mochte ore scot uppe dat hus senden. Weret ok, dat den scotheren duchte, dat orer welk vulle scot nicht ghebracht hedde, de broke scolden stan to des rades gnaden, unde de ore mesterinne is, de scal des huses vorscod bringhen. Hirto is ghedeghedinghet, dat men scal slan enen thun eder planken, alse id der stad nutte is, twischen der muren unde oreme bomgharden to dem nyen torne ward.[2]

Aelteſtes Stadt-Copialbuch S. 118 f.

1) Abgedruckt im Vaterl. Archiv 1835, S. 102. 1844, S. 169 f. — Einen Auszug giebt Grupen, Discept. for. S. 103 u. 753.

*1) nämlich den noch jetzt unter dem Namen „Beginenthurm" bekannten Thurm am Reitwalle.

2) Abgedruckt im Vaterl. Archiv 1844, S. 329.

Digitized by Google

371. Der Hannoverſche Bürger Warmodus Parvus dotirt einen neuen Altar in der Kreuzkirche mit Grundſtücken in Ricklingen (Amts Linden). 1357.

Nos consules in Honovere recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod Warmodus Parvus, noster civis, in remedium et salutem anime sue suorumque progenitorum ac omnium Christi fidelium divinum cultum aucmentans, quinque mansis cum duabus curiis in Minori Riclinghe sitis et eorum pertinenciis per propria bona conparatis altare de novo in ecclesia sancte Crucis in Honovere construendum[1] cum nostro consensu dotavit, quorum proprietatem et dominium a comitibus in Halremunt conparavit nobisque libere dimisit in hunc modum, quod jus patronatus seu clericum ydoneum presentandi ad ipsum altare ad nos et nostros successores, qui pro tempore fuerint in Honovere consules, perpetuo debeat pertinere. Verumtamen ne pia voluntas dicti Warmodi tedium paciatur, clerico ad hoc valenti et ydoneo, pro quocumque Johannes et Ghertrudis, proles Reyneri de Linden, quondam nostri civis, necnon Warmodus, filius Henrici de Hildensem, eciam nostri civis, vel quecumque harum personarum antiquior vixerit, preces suas ad nos porrexerint, quando et quociescumque vacare contigerit, conferre volumus et debemus. Datum anno Domini M°.CCC°.LVII°.[2]

Aelteſtes Stadt-Copialbuch (s. XIV.) N. XLIII. p. 48 sq.

*372. Eingang des Liber civitatis (des ſ. g. rothen Buches). [Hannover,] 1358. Jan.*1

In nomine Domini amen. Quia inter actus humanos rixe, lites et dissensiones cottidie videntur emergere ex diversis contractibus inter homines in hoc seculo ventilantibus, tum ex obligatione domorum aut aliarum rerum, tum ex arbitrio quocumque modo facto seu contracto, quibus unus alteri fideliter tenetur satisfacere et reddere recompensam; verum quia omnia hujusmodi in memoria

1) S. die Anm. 1 zu der Urk. 252 vom 29. Juni 1347.
2) Abgedruckt im Vaterl. Archiv 1844, S. 191.
*1) Die erſte Notiz des Liber civitatis iſt vom 26. Januar 1358.

Digitized by Google

humana servari non poterunt, ad ryxas, lites dissensionesque remóvendas, ne etiam quemquam a jure suo ad hunc librum scripto repulsam tolerare contingat, decretum est per dominos consules civitatis Honovere, ut hujusmodi hominum actus coram eis actitati seu arbitrati loco sigillate litere in suo robore et vigore debeant firmiter observari. Inchoatus est autem presens liber anno ab Adam 6657°, anno ab incarnatione Domini 1358°, concurrente anni 7ª, anno 2° post bissextum, littera dominicali G, anno indictionis 11°, anno cycli XIXª 10°, epacta anni 9ª, clave anni 17ª, sexto Ydus Aprilis existente die pasche[2], luna ibidem 25ª, sanctissimi patris nostri Innocentii pape sexti anno 6°, serenissimi regis Romanorum Karoli, Bohemie regni anno 13°, inperii vero anno 3°, sub illustri principe domino nostro domino Wylhelmo, duci in Brunswik et Luneborch, domino Gherhardo de Scowenborch provisore ecclesie Mindensis. Eodem anno Domini M°.CCC°.LVIII°, hii erant consules jurati: dominus Olricus Luceke senior, proconsul, Adolfus de Rintelen, Rotbertus de Nyenstad, Hyldebrandus de Zode, Conradus Seldenbud, Johannes de Stenhus, antiquus, Thydericus Gruttemekere, Borchardus Tetze junior, Johannes Gherwini, Henricus de Ydensen[3], Roderus Cuprifaber, Conradus Lymborch. Hii erant consules antiqui: dominus Borchardus Tetze senior, proconsul, Hermannus Seldenbud, Johannes de Rintelen, Ghyseko de Lubeke, Johannes de Stenhus, Godfridus Blome, Olricus Luceke junior, Conradus de Nyenstad, Conradus de Stenhus, Thydericus de Indagine, Thydericus de Rintelen, Johannes de Berkensen, Arnoldus Wyse, Nycolaus de Parchim, Broneke Carnifex et Johannes Grudere[4]; Johannes de Smalenborch, notarius civitatis. Hii erant magistri structure: Johannes Karebom et Hermannus de Minda.

Aus dem Liber civitatis p. 4.

[2]) Dies iſt ein Irrthum. Oſtern fiel 1358 auf den erſten April, nicht auf den 8. April.

[3]) Ueber dieſen Conſul ſ. die Urkunden von 1332 — 1342 bei Falke, Tradd. Corbej. S. 915 — 918.

[4]) Vgl. die Urk. von 1347 bei Falke, Tradd. Corbej. S. 923. n. 442.

***373. Die Hannoverſchen Bürger Johann Snellegrave und Jordan Reynolding verkaufen dem Hospitale St. Spiritus die Ihmen-Mühle vor der Neuſtadt. 1358. Febr. 14.**

Nos Johannes dictus Snellegrave, Jordanus Reynolding, cives in Honovere, recognoscimus in presenti litera nostris sigillis communita, quod cum pleno consensu nostrarum conthoralium legitimarum et omnium heredum nostrorum ac singulorum, quorum interest aut interesse poterit, vendidimus nostrum molendinum situm super fluvium dictum Ymene ante Novam Civitatem Honovere[1] cum omnibus et singulis suis juribus, proventibus et utilitatibus pauperibus domus sancti Spiritus in Honovere ac ipsorum provisoribus pro tempore existentibus, et ad manus eorum discretis viris consulibus ibidem, prout ipsum molendinum possedimus et habuimus ab illustribus principibus, dominis nostris ducibus in Luneborch, libere et perpetuo jure possidendum. Debebimus etiam idem molendinum cum suis pertinentiis pro bono et commodo emptorum prefatorum protectione inpheodationis nostre fideliter possidere, quousque proprietatem et dominium ipsius molendini a domino nostro duce Luneborgensi compararint, aut quod nobis indicaverint, premisse inpheodationi debere renunctiare. Hoc facto debebunt ipsi emptores pensionem duarum marcarum Bremensium pro viginti marcis Bremensibus sine dilatione a nobis et nostris heredibus reemere, contradictione aliqua non obstante utrobique, et extunc nichil actionis aut juris nobis in posterum ratione predicti molendini poterimus vendicare quovis modo. Debebimus insuper prenominati molendini ipsis veram et legitimam prestare warandiam, quando et quociens eis oportunum fuerit et pro eo fuerimus requisiti. Omnia et singula premissa data fide promisimus et presentibus pro nobis et nostris heredibus promittimus provisoribus pauperum predictorum sancti Spiritus pro tempore existentibus et ad manus

[1]) Vgl. über dieſe Mühle die Urk. 303 von 1351.

Digitized by Google

eorum discretis viris consulibus[2] in Honovere solide et irrefragabiliter observare.

Et nos consules in Honovere recognoscimus, quod ad rogatus Johannis Snellegraven et Jordani Reynoldi predictorum et eorum legitimarum uxorum coram nobis comparentium sigillum civitatis nostre juxta ipsorum sigilla presentibus appendi jussimus in majus testimonium premissorum.

Datum anno Domini M°. CCC°. quinquagesimo octavo, die beati Valentini.[3]

(Anhängend 3 Siegel.)

Stadt-Archiv.

374. Bertold Teze leiht von der Kaufmanns-Innung zu Hannover ein Capital von 20 Mark Bremisch. 1358. Febr. 14.

Ego Bertoldus Teze recognosco in presenti littera meo sigillo munita, quod vendidi discretis viris provisoribus panniscidarum in Honovere et toti unioni eorundem redditus duorum talentorum Honoverensium denariorum pro viginti marcis Bremensis argenti Honoverensis warandie, medietatem dictorum reddituum in festo beati Mychaelis, aliam vero medietatem in festo pasche annis singulis expedite ministrandas. Hujusmodi autem ad invicem habebimus optionem, cum ego aut mei heredes ipsis intimaverimus, aut ipsi a nobis repostulaverint dictorum reddituum reemptionem per quartale unius anni ante aliquem predictorum terminorum, extunc, cum idem quartale anni elapsum fuerit, prefatos redditus pro memorata summa ab ipsis debebimus reemere et ad hoc censum demeritum integraliter ministrare. Posui etiam ipsis pro majori premissorum certitudine quatuor fidejussores infrascriptos, quorum si aliquis ante reemptionem decesserit, quotiens

[2]) consulimus hat die Urkunde.

[3]) Abgedruckt mit den ersten beiden Siegeln, die jedoch in umgekehrter Ordnung abgebildet sind, bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 70 f.

Digitized by Google

hoc contigerit, extunc et totiens alium merito recipiendum in locum illius infra quindenam proximam, cum pro eo monitus fuero, statuere debebo cum speciali sua littera, tamen presenti scripto suo pleno manente in vigore. Omnia et singula premissa provisoribus pro tempore existentibus et eorum toti unioni data fide promisi et presentibus pro me et meis heredibus promitto inviolabiliter observare.

Ceterum nos Borchardus Teze, filius Borchardi, Hinricus de Stenhus, Didericus Meyneken et Borchardus Teze, filius quondam Conradi,[1] — — — — — — — — — —

Datum anno Domini M°.CCC°.LVIII°, die beati Valentini.

Aus dem Copialbuche der Kaufmanns-Innung (s. XIV.).

***375. Der Priester Hermann Monter und dessen Oheim gleichen Namens schenken dem Hochaltare in der heil. Geist-Capelle eine Hufe Landes zu Eldagsen, deren Ertrag theilweise zu einem Jahresgedächtniß der Schenkgeber in der Kreuzkirche verwandt werden soll. 1358. April 27.**

In nomine Domini Amen. Nos consules in Honovere recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod constituti coram nobis discreti viri dominus Hermannus Montere, presbiter, et Hermannus Montere, ejus patruus, noster concivis, exponebant, quod unum mansum*[1] cum suis juribus et pertinentiis situm in campis oppidi Eldaghessen cum dominio et proprietate a nobilibus viris domino Johanne, comite in Speyghelberghe, et suis filiis liberum comparassent ad usus divinos perpetuos divertendum. Prefati igitur dominus Hermannus et Hermannus ad summum altare, situm in veteri capella sancti Spiritus intra civitatem nostram, cujus jus patronatus ad nos spectare dinoscitur,

[1]) Der Schluß des Satzes fehlt in dem Copialbuche, ist aber aus den gleichartigen Urkunden, z. B. n. 341. vom 25. Dec. 1355, n. 346. vom 23. April 1356, n. 379. vom 20. Dec. 1358 leicht zu ergänzen.

*[1]) Es ist dies die sogenannte Monterhufe; s. die Urk. 362 vom 8. Mai 1357. Sie war noch 1831 dem geistlichen Lehnregister zinspflichtig und ist mittlerweile abgelöst worden.

Digitized by Google

ferventius inclinati, prefatum mansum cum omni jure in remedium et salutem animarum sui et suorum progenitorum liberaliter diverterunt, ita quod post mortem duarum sororum antedicti Hermanni, monialium in Bertzinghehusen, et Elyzabet Beghine[2], filie quondam Johannes Montere, necnon Godfridi de Lente, nostri concivis, altarista, qui pro tempore ad predictum altare presentatus fuerit, omnem utilitatem et fructum prefati mansi perpetue tollere debebit, disponens nichilominus de anniversario singulis annis peragendo super crastinum beati Martini episcopi in ecclesia sancte Crucis pro remedio animarum predictorum donantium et progenitorum suorum ac omnium fidelium defunctorum tali modo: rectori ecclesie sancte Crucis aut ejus vices habenti dabit idem altarista duos solidos Honoverensium denariorum, item capellano suo et quatuor vicariis ibidem, aut eorum vicevicariis, item tribus vicariis in capella sancti Spiritus predicta et uni vicario in capella sancti Nycolai extra muros nostros cuilibet unum solidum, dummodo vigiliis et missis interesse curaverint; pars absentium dabitur ad fabricam ecclesie sancte Crucis. Item tres solidos pro prebenda comparanda, ad altare tempore ejusdem anniversarii portanda, item unum solidum ad lumina, item rectori scolarum pro processione facienda duos solidos, item custodi ecclesie pro laboribus suis sex denarios et quicquid de fructibus et redditibus prefati mansi superfluxerit predictus altarista pro tempore existens solus tollet et habebit. Preterea adicitur, ut cum prefate due sorores aut Elyzabet et Godfridus predicti diem suum extremum clauserint, prefatus anniversarius modo, ut prescribitur, de redditibus dimidii mansi sepedicti ab instanti peragetur. In quorum omnium evidens testimonium sigillum civitatis nostre presentibus est appensum. Datum anno Domini M°. CCC°. quinquagesimo octavo, feria sexta proxima ante festum beatorum apostolorum Phylippi et Jacobi.

(Stadt-Siegel.)

Stadt-Archiv.

[2]) wahrſcheinlich zu Hannover, wo im Jahre 1357 der Rath den Beginen auf einige Zeit den Schoß erließ; vgl. Urk. 370.

***376. Wulfhard von Ewyppe, Pfarrer zu „Kelkule", und Robert von der Neuſtadt, Bürger zu Hannover, vergleichen ſich wegen einiger dem Altare der heil. drei Könige in der Kreuzkirche geſchenkten Güter. 1358. Juni 5.**

Nos Wulfhardus de Ewyppe, rector ecclesie in Kelkule, et Rotbertus de Nyenstad, civis in Honovere, recognoscimus per presentes literas nostris sigillis communitas, quod ad invicem placitando concordavimus in hunc modum, videlicet quod tres mansi et due case Reten site cum omnibus suis juribus et utilitatibus, quorum proprietas et dominium comparata sunt a nobilibus de Dorstad, item redditus seu proventus, qui poterunt perpetui comparari cum sexaginta marcis Bremensis argenti, quas equali portione expendimus in honorem omnipotentis Dei pro salutari remedio animarum nostrarum et dilectorum nostrorum progenitorum, perpetuo permanere debeant ad altare Trium Magorum situm in ecclesia sancte Crucis intra civitatem Honovere, cujus quidem altaris jus patronatus ad me, Rotbertum antedictum, et ad meos heredes masculos, item ad heredes masculos quondam fratris mei Johannis de Nyenstad felicis recordationis[1] pertinere dinoscitur, prout in literis auctenticis desuper confectis et sigillatis plenius continetur; et quamvis prefata bona ac redditus ad prefatum altare nomine perpetue vicarie, ut premittitur, pertinere debeant, nichilominus adhuc ego Wlfhardus eisdem bonis et redditibus comparatis et comparandis temporibus vite mee frui debebo, cum tam bona predicta, quam triginta marcas Bremenses de facultatibus paterne mee hereditatis comparaverim, et, quamdiu vixero, pro beneficio aut vicaria non habebitur, sed postquam diem meum extremum clausero, prefatus Rotbertus et post eum ille de suis heredibus masculis aut fratris sui Johannis, ad quem tunc spectare contigerit virtute literarum desuper confectarum, dominum Wychmannum Ostmedinc, meum avunculum, ad predictum

[1]) Die Brüder Johann und Robert von der Neuſtadt waren die Stifter des Altars Trium Regum, ſ. Urk. 292 von 1350.

Digitized by Google

altare, ut patronus, presentabit, qui dominus Wychmannus et ejus successores de cetero ad idem altare mediantibus bonis et redditibus predictis appositis et in futurum apponendis Deo servire debebunt in predicta ecclesia sancte Crucis, prout in confirmatione domini ordinarii ecclesie Mindensis desuper vallata plenius continetur. Ceterum ego Wlfhardus predictus elegi et constitui Thydericum de Yltene et Wlfhardum Blomen, meos swageros, et ego Rotbertus antedictus elegi et constitui Conradum de Nyenstad, fratrem meum [2], et Henricum Kukelfoys, ut hii quatuor cum prenominatis sexaginta marcis, cum primum occurrerit, redditus perpetuos comparent ad prenominatam vicariam, et cum unus eorum ante comparationem decesserit, quociens hoc contigerit, ejus socius alium in locum suum reponet, si is ante obitum suum alium in locum ejus non elegit.

Preterea nos Everhardus de Heytdorne et Ludolfus Kukelfoys [3], presbiteri, ac Helmicus de Orde, civis in Honovere, recognoscimus, quòd expromissis placitis et concordantie ad rogatus domini Wlfhardi et Rotberti de Nyenstad predictorum nostra sigilla juxta sua sigilla presentibus appendi fecimus in majus testimonium omnium premissorum.

Datum anno Domini M°. CCC°. quinquagesimo octavo, die beati Bonifacii.

(Anhängend 5 Siegel.)

Stadt-Archiv.

[2]) In dem Liber civitatis S. 10 iſt Folgendes notirt: Eodem anno (1360), die beate Barbare virginis (Dec. 4.), Conradus de Nyenstad senior, nostri consulatus socius, arbitrabatur solvere et dare Rotperto et Gyselberto, ejus fratribus, Borchardo Tezen seniori et Johanni de Stenhus, proconsulibus, XXII marcas Bremenses in festo purificationis beate Marie virginis nunc proximo, quod si non faceret, extunc eisdem dabit literam nostre civitatis sigillatam sub clausulis competentibus et consuetis super dicta summa et censum desuper contingentem, annuatim in domo et hereditate dicti Conradi in die beati Michaelis ministrandum.

[3]) Derſelbe Ludolfus Kukelfoys wird als ein in Hannover wohnender Prieſter in den Urkunden von 1361 u. 1365 (Scheidt, Vom Adel, Mantissa S. 324 f. — Calenb. Urkundenbuch, Wennigſen n. 153.) genannt.

Digitized by Google

***377. Der Rath zu Hannover bezeugt, daß der Priester Dieterich von Lühnde dem St. Johannis-Altare in der Kreuzkirche behuf Stiftung eines Jahresgedächtnisses sein bei der neuen Mauer zu Hannover belegenes Haus geschenkt habe. 1358. Juli 13.**

Nos consules in Honovere recognoscimus in presenti litera civitatis nostre sigillo munita, quod constitutus coram nobis honestus vir dominus Thidericus de Lunde, presbiter, pio ductus affectu, in salutem animarum suorum progenitorum, domini Boldewini, ejus avunculi, atque sui liberaliter assignavit et dedit propter Deum domum suam cum totali mansione, quam dominus Boldewinus bone memorie quondam inhabitabat, sitam prope novum murum[1], ad altare beati Johannis ewangeliste in ecclesia sancte Crucis, cujus jus patronatus ad nos spectare dinoscitur, tali modo, quod idem dominus Thidericus temporibus sue vite predictam domum libere possidebit, salvo tamen nobis jure municipali, videlicet suis exigentibus temporibus vigilem de domo mittendo, et annuatim in quolibet festo beati Martini episcopi octo solidos denariorum Honoverensium loco talie sive collecte civitati notre ministrabit; post mortem vero predicti domini Thiderici altarista is, quem ad prefatum altare presentaverimus, pretacta jura civitati nostre faciet, et cum hoc singulis annis triginta solidos denariorum de eadem domo Margarete de Lo, si tunc vixerit, et post mortem ejus eosdem triginta solidos pro anniversario predicti domini Thiderici et domini Boldewini die obitus jam dicti domini Thiderici perpetuo erogabit, distribuendo eosdem, prout hoc ipse in testamento ultime sue voluntatis decreverit ordinare. Preterea reservamus nobis et civitati nostre hujusmodi optionem, videlicet quod, quando post felicem obitum sepedicti domini Thiderici premissa decerneremus esse contraria nostre civitati, et ipsi altariste pro tempore existenti per unum annum hoc antea preintimaremus, extunc, cum idem annus lapsus fuerit, prefatam

[1]) S. Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 366. Das Haus ist jetzt ein Theil der Officialwohnung des Stadtdirectors.

Digitized by Google

domum cum ejus habitacione alicui nostro burgensi vendere debebit, salvis in eo statutis civitatis nostre, et cum pecunia inde acquisita ipse altarista cum nostro consilio aliunde redditus, qui pro tali pecunia extendi poterunt, comparabit, ita quod in omnem eventum triginta solidi denariorum pro predicto anniversario perpetuo peragendo erogari debebunt, redditusque superstites pro suo commodo altariste cedent antedicto. Adicimus insuper pro gratia prenominati domini Thiderici, quod prefatam domum cum ejus habitacione medio tempore, quo vixerit, sub jure saltem civitatis nostre alteri vendendi liberam habebit facultatem, si mutacione temporis aut egestatis, quod absit, sibi fuerit oportunum. Et ego Thidericus de Lůnde sepedictus omnia et singula, que premissa sunt, approbando ratificans, sigillum meum juxta sigillum honorabilium virorum dominorum meorum consulum in Honovere presentibus literis, quarum due super premissis confecte sunt, apposui in majus testimonium premissorum. Datum et actum anno Domini M°. CCC°. quinquagesimo octavo, die beate Margarete virginis et martiris.[2]

(Anhängend 2 Siegel.)

Stadt-Archiv.

***378. Der Rath zu Hannover genehmigt den behuf des Thurmbaues der Marktkirche vorgenommenen zeitweiligen Verkauf der zu Döhren (Amts Hannover) belegenen Kirchengüter. Zugleich vermachen Hermann Hanne und dessen Ehefrau Mathilde der Marktkirche ihr Haus an der Osterstraße, unter Vorbehalt eines Jahresgedächtnisses. 1358. August 1.**

Nos consules in Honovere recognoscimus in presenti litera civitatis nostre sigillo munita, quod constituti coram

[2]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antt. Hanov. S. 365 f. — Im Stadt-Archiv ist eine zweite Ausfertigung dieser Urkunde, in welcher die Worte »quarum due super premissis confecte sunt« im Texte fehlen, aber auf den untern Rand mit Bleistift von derselben Hand geschrieben sind, welche beide Urkunden geschrieben hat. Auf der Rückseite dieser Ausfertigung steht: Similem literam habent consules; auf der Rückseite der andern: Similem literam habet dominus Thydericus de Lunde.

nobis discreti viri provisores structure ecclesie sancti Georgii intra civitatem nostram cum nostro beneplacito et consensu vendiderunt pro viginti quatuor marcis Bremensis argenti ad edificium turris ejusdem ecclesie conversis Hermanno Hannen et Mechtildi, uxori ejus legitime, bona Sancti Georgii Dornde sita cum omni jure et utilitate, que quondam Johannes de Wede ad eandem structuram comparavit, temporibus vite ipsorum et cujuslibet eorum libere percipienda et tollenda. Quibus ambabus personis in Domino defunctis, prefata bona ad structuram ecclesie predicte, prout prius, libera retransibunt.

Preterea Hermannus et Mechthildis predicti in remedium animarum suarum et progenitorum suorum ac omnium fidelium defunctorum donabant ad structuram prefate ecclesie post mortem amborum domum suam cum totali mansione quam inhabitant, sita in platea Orientali, ita quod provisores sepedicte ecclesie pro tempore existentes bis in quolibet anno anniversarium eorum peragi procurabunt; nec prefatam domum temporibus suc vite alicui obligare debebunt, neque a prefata donatione retrocedent, nisi, quod absit, notabili egestate aut manifesta penuria ad hoc in posterum compellantur.

Datum anno Domini M°. CCC°. quinquagesimo octavo, in octava beati Jacobi majoris apostoli.

(Siegel abgefallen.)

Stadt-Archiv.

379. Conrad Seldenbut, Bürger zu Hannover, leiht von der Kaufmanns-Innung zu Hannover ein Capital von 14 Pfund Pfennigen und 8 Schillingen. 1358. December 20.

Ego Conradus Seldenbut, civis in Honovere, recognosco in presenti littera meo sigillo munita, quod [vendidi] discretis viris provisoribus mercatorum et toti unioni eorundem redditus viginti quatuor solidorum Honoverensium denariorum pro quatuordecim talenta et octo solidis eorundem denariorum in festo nativitatis Domini annis sin-

Digitized by Google

gulis expedite ministrandos tali forma, quod prefatos redditus pro memorata summa in quolibet tempore reemere potero, dummodo provisoribus antedictis per quartale unius anni fecero hoc prescire. Posui etiam ipsis pro majori cautela duos fidejussores infrascriptos, quorum siquis ante reemptionem decesserit, quotiens hoc contigerit et ego proinde monitus fuero, totiens alium merito recipiendum infra quindenam a tempore monitionis proximam in locum illius, qui decessit, cum speciali sua littera statuebo, qui eisdem promissum faciet, presenti tamen scripto in aliqua sui parte propter hoc non cassato, sed manente in pleno suo vigore. Omnia et singula premissa prefatis emptoribus data fide promisi et presentibus pro me et meis heredibus sic promitto firmiter observare.

Preterea nos Hinricus et Hermannus fratres dicti Seldenbut, cives in Honovere, recognoscimus, quod provisoribus mercatorum in Honovere et toti unioni eorundem data fide communicata manu promisi, ut si in premissis vel aliquo premissorum ipsis defectus quispiam contigerit et nos proinde moniti fuerimus, extunc infra quindenam a tempore monitionis proximam talem defectum cum parata pecunia aut sufficientibus et competentibus pignoribus debebimus ipsis integraliter restaurare.

Datum anno Domini M°. CCC°. quinquagesimo octavo, in vigilia Thome apostoli.

Aus dem Copialbuche der Kaufmanns-Innung (s. XIV.).

380. Die von Roden verkaufen den Proviſoren der Marktkirche einen Hof mit zwei Hufen Landes zu Linden, welche ſie von den Grafen von Roden und Wunſtorf zu Lehn getragen, für eine von den Teſtamentsvollſtreckern des Prieſters Conrad von Oldenberg zur Unterhaltung einer ewigen Lampe an dem St. Jodocus-Altare in der Marktkirche ausgeſetzte Summe. 1359. Januar 13.

Nos Otto [et] Aschwinus patrui[1] dicti de Roden ac Henricus, filius prefati Ottonis, famuli, recognoscimus et

[1]) patrui für patrueles?

ad universorum notitiam presentibus cupimus pervenire, quod matura deliberatione prehabita justo venditionis titulo vendidimus discretis viris provisoribus structure seu fabrice ecclesie sancti Georgii in Honovere pro tempore existentibus necnon ad manus consulum unam curiam cum duobus mansis Linden sitis cum omnibus et singulis suis proventibus, utilitatibus et juribus ubilibet situatis pro summa numerate pecunie nobis persoluta et per testamentarios domini Conradi de Oldenberghe, presbyteri, exposita in honorem omnipotentis Dei et sancti Jodoci ad comparandam lampadem ardentem de redditibus prefatorum bonorum prope altare sancti Jodoci in predicta ecclesia sancti Georgii perpetuis temporibus possidendam; fecimus etiam liberam resignacionem prefatorum bonorum coram nobilibus viris comitibus de Roden et in Wunstorpe, a quibus ea tenuimus in pheodo, ad manus emptorum [2] predictorum. Debemus insuper eorumdem bonorum prefatis emptoribus veram, plenam et legitimam prestare warandiam, quando et quoties ipsis oportunum fuerit et pro eo requisiti fuerimus, cessante omnino impetitione seu actione legis aut canonis [3], que per nos aut nostros heredes aut coheredes contra premissa suborirl possent quomodolibet [4] in futurum, nihil juris simpliciter nobis in eisdem reservantes. Omnia et singula premissa data fide promisimus et presentibus pro nobis et nostris heredibus sic promittimus discretis viris provisoribus structure seu fabrice ecclesie sancti Georgii in Honovere predicte pro tempore existentibus necnon consulibus ibidem solide et inviolabiliter observare. In quorum omnium perpetuum testimonium atque robur presentes literas nostris sigillis fecimus communiri. Datum anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, in octava epiphanie Domini.

Aus Grupen's Hist. eccl. Hanov. ante reformat. MS., Tom. I. cap. V.

2) emptor hat die Abſchrift.
3) canonisque hat die Abſchrift.
4) quolibet hat die Abſchrift.

Digitized by Google

381. Die von Roden reſignuren ihren Lehnsherren, den Grafen von Wunſtorf, einen Hof und zwei Hufen Landes in Linden, die ſie den Proviſoren der Marktkirche verkauft haben. 1359. Januar 14.

Nos Otto et Aschwinus patrui dicti de Roden ac Henricus, filius jam dicti Ottonis, famuli, recognoscimus in presenti litera nostris sigillis communita, quod vendidimus discretis viris provisoribus fabrice ecclesie sancti Georgii in Honover unam curiam cum duobus mansis Linden sitis cum omnibus et singulis suis juribus et utilitatibus, tam intra, quam extra villam eandem, ad comparandam perpetuam lampadem ardentem in eadem ecclesia sancti Georgii ante altare beati Jodoci perpetuis temporibus possidendam. Fecimus etiam et per presentes facimus resignationem predictorum bonorum dominis nostris, a quibus ea tenuimus in pheodo, videlicet nobilibus viris comitibus in Wunstorpe, per duos eorum pheodotarios, scilicet Engelbertum de Lente et Statium de Bevelte seniorem, famulos, si et in quantum ipsi prefata bona cum dominio et proprietate ad usus prefate lampadis in laudem Dei dederint perpetuo permansura.

Et nos Engelbertus de Lente et Statius de Bevelte predicti recognoscimus, quod ad rogatus Ottonis, Aschwini et Hinrici de Roden predictorum hujusmodi prenarrata resignatio per nos facta existit. In cujus rei testimonium sigilla nostra penes eorum sigilla presentibus sunt appensa.

Datum anno Domini millesimo trecentesimo [quinquagesimo] nono, in crastino octave epiphanie Domini.

Aus Gruben's Hist. eccl. Hanov. ante reformat. MS., Tom. I. cap. V.

***382. Die Grafen Ludolf und Ludwig von Roden und Wunſtorf ſchenken der Marktkirche das Obereigenthum eines Hofes und zweier Hufen Landes in Linden. Burg Blumenau, 1359. Januar 14.**

In nomine Domini Amen. Nos Ludolfus et Ludewicus fratres, Dei gratia comites in Roden et in Wnstorpe, re-

cognoscimus et ad universorum notitiam cupimus pervenire, quod ad pium affectum discretorum virorum consulum in Honovere ac provisorum fabrice ecclesie parrochialis sancti Georgii ibidem, recepta tamen prius resignatione militarium de Roden, qui subscripta bona a nobis in pheodo tenebant, ob remedium et salutem animarum dilectorum nostrorum progenitorum atque nostrarum dedimus et dimisimus, necnon presentibus damus ac dimittimus unam curiam nostre proprietatis cum duobus mansis Linden prope Honovere sitis cum omnibus et singulis suis juribus, proventibus et utilitatibus, tam intra, quam extra villam eandem, cum dominio et proprietate prefatis affectantibus ad comparationem ac usum lampadis ardentis in predicta ecclesia sancti Georgii ante altare beati Jodoci, per dominum Conradum de Oldenberghe dotatum propriis suis facultatibus, perpetuo permansura, ita quod nos et nostri heredes utriusque sexus presentes aut futuri, cessante qualibet actione legis et canonis, nichil inpetitionis, nichil pósses-sionis et penitus nichil juris in premissis bonis reservamus. Debebimus etiam proprietatis et dominii predictorum ipsis plenam et legitimam prestare warandiam, quando aut quotiens eis oportunum fuerit et pro eo fuerimus requisiti. Omnia et singula premissa data fide in solidum promisimus et presentibus pro nobis et nostris heredibus utriusque sexus presentibus et futuris sic promittimus discretis viris consulibus in Honovere ac provisoribus fabrice sepedicte ecclesie sancti Georgii pro tempore existentibus firme et inviolabiliter observare. In quorum omnium perpetuum testimonium atque robur sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in castro nostro Blomenowe anno Domini M°. CCC°. quinquagesimo nono, in crastino octave epyfanie Domini.

(Beide Siegel abgefallen.)

Stadt-Archiv.

Digitized by Google

*383. Aschwin von Alten resignirt seinem Lehnsherrn, dem Herzoge Wilhelm von Braunschweig, ein an der Burgstraße belegenes Haus zu Gunsten der Witwe des weil. Burchard von Hüpede, Bürgers zu Hannover. 1359. Februar 9.

Dem edelen vorsten, minem leven heren, hertoghen Wilhelme van Brunswich unde van Luneborch, enbede ik Aschwin van Alten, en knecht, min willighe denst berede to allen thiden, unde sende up juwer edelen herschop in dissem breve bi thwen juwen mannen en hus in der stat to Honovere mid siner ghansen woninghe, als ek dat van gik to lene ghehat hebbe, unde Borcherd van Hupede, ichteswanne en borghere to Honovere, van mek to lene hadde, mid allem rechte unde nuhd, als it gheleghen is in der Borchstrate to Honovere, unde bidde juwe edelicheyt mid allem vlite, dat gi dat hus mid siner würd unde woninghe des vorbenomden Borcherdes van Hupede wedewen unde oren kinderen, to wicheldes ghude lecghen unde maken.

Unde we Bertold van Iltene de eldere unde Kord van Alten, knechte, bringhet usem holden heren, hertoghen Wilhelme van Brunswich unde van Luneborch, dit vorbescrevene hus mid siner ghansen würd unde woninghe up in dissem breve dor bede willen Aschwins van Alten vorbenomd, unde hebbet use ingheseghele to ener betughinghe hent to dissem breve.

Na Goddes bort dusent unde drehundert jar in dem neghen unde vhefteghesten jare, des achteden daghes to lechtmissen.

(Anhängend ein Siegel; zwei sind abgefallen.)

Königl. Archiv.

*384. Der Rath zu Hannover bezeugt, daß Ludolf von Eimbeck von dem Hospitale St. Nicolai auf sein an der neuen Mauer (jetzt Marstallstraße) gelegenes Haus ein Capital von 12 Mark Bremisch geliehen habe. 1359. März 13.

Nos consules in Honovere recognoscimus in presenti litera civitatis nostre sigillo munita, quod constitutus coram

Digitized by Google

nobis Ludolfus de Embeke vendidit discretis viris provisoribus domus pauperum sancti Nycolai extra muros nostros ad usus eorundem pauperum redditus sive pensionem unius marce Bremensis argenti pro duodecim marcis ejusdem argenti in domo, area et totali ejus mansione, quam inhabitat, sita juxta novum murum, medietatem dicte pensionis in festo beati Mychahelis et aliam medietatem in festo pasche annis singulis expedite ministrandas; hac tamen gratia prefato venditori et ejus heredibus data, videlicet quod predictam pensionem in quolibet predictorum terminorum pro memorata summa reemere poterunt, dummodo prenominatis emptoribus per quartale unius anni hoc prenuntiaverint, et ad hoc ipsis censum demeritum integraliter ministrarint. Iidem etiam emptores poterunt sub innovatione hujus litere sepedictam pensionem alteri, cuicumque voluerint, vendere et dimittere, velud eam comparabant, salvis tamen civitatis nostre juribus et statutis. Datum anno Domini M°. CCC°. LIX°, in crastino beati Gregorii.

(Stadt-Siegel.)

Stadt-Archiv.

***406. Die Grafen Ludolf und Ludwig von Roden und Wunstorf schenken den Hannoverschen Bürgern von der Neustadt zu geistlichen Zwecken[1] das Obereigenthum eines Hofes mit 4 Hufen Landes zu Benthe (Amts Wennigsen) und zweier Kothstellen zu Limmer (Amts Linden). 1361. November 10.**

In nomine Domini Amen. Nos Ludolfus et Lodowicus, Dei gratia comites in Wunstorpe et in Roden, universis presentia visuris seu audituris notum facimus ac recognoscimus publice protestando, quod cum consensu omnium heredum nostrorum et singulorum, quorum interesse poterit quomodolibet in futurum, propter Deum et animarum nostrarum progenitorumque nostrorum ob salutem proprietatem et dominium unius curie cum quatuor mansis sitis in metis ville Bennete et duarum casarum in Lymbere sitarum cum omnibus juribus et suis pertinentiis tam intra, quam extra villas easdem, quos mansos et casas quidam burgenses in Honovere dicti de Nyenstat a nobis hactenus in pheodo tenuerunt et nobis libere resignarunt, donavimus et dimisimus ac presentibus damus et assignamus predictis burgensibus de Nyenstat ad divinum cultum seu ad pios usus, prout ipsis placuerit, per se aut per alios,

1) Aus der Urkunde n. 419 vom 20. Juni 1363 ergiebt sich, daß die Güter zu Benthe zur Dotirung des Altars Trium Regum in der Kreuzkirche verwandt sind; wozu die zwei Kothstellen in Limmer verwandt seien, ist nicht bekannt.

quibus hoc duxerint committendum, bona pretacta convertenda libere ac pacifice perpetuis temporibus possidenda, renunciantes nichilominus omni juri, quod nobis et nostris heredibus aut successoribus in proprietate aut dominio bonorum eorundem competit seu competere poterit in posterum quovis modo. In quorum omnium et singulorum evidens testimonium sigilla nostra scienter huic scripto duximus apponenda. Actum et datum anno Domini M°. CCC°. sexagesimo primo, in vigilia beati Martini episcopi.

(Anhängend 2 Siegel.)

Stadt-Archiv.

*407. Der Rath zu Hannover bezeugt, daß die Proviſoren des Heil. Geiſt-Hospitales dem Friedrich von Grove ein Haus nebſt einer Scheune verkauft haben. 1362. Januar 14.

We de rad tho Honovere bekennet in desseme breve, de ghevestent mid user stad ingesegele, dat vore us sint ghewesen Cord Seldenbut unde Arnd Wysen, uses rades kumpane, vormunden des Hilgen Geystes binnen user stat, unde verkoften Fredrike van Grove unde sinen erven dat hus unde schunen[1], dat Cordes van Gledinghen ghewesen hadde, alsoverre de druppenval der schûne utwyset, aldusdanewis, dat Fredrik eder sine erven en scullet des druppenvalles nicht bebuwen, dan de Hilge Geyst scal des brûken tho gande unde tho stande, unde en scullet ok ome des drûppenvalles nicht bebuwen, sunder dat dar rede tho ghebuwet is, dat scal de Hilge Geyst also beholden, unde scullet des brûken tho oreme behove; vortmer scal men Frederike unde sinen erven laten ein hol ute sime hove, dar dat water hinlope uppe des Hilgen Geistes blike, dat one hindert in sime hove, wente in de Leyna, unde en scal Frederik efte sine erven uppe dat hol unde uppe den vlute des holes nenen mestekoven efte hemelicheit nicht bûwen. Desse bref is ghegeven na Godes bûrd

[1]) wahrſcheinlich bei dem Ottenwerder.

drůtteinhundert jar in deme twe unde sestigesten jare, in crastino octave epyphanie Domini.

(Anhängend das Stadt-Siegel.)

Stadt-Archiv.

*408. Aschwin Schenke, Ritter, verkauft dem Hannoverschen Bürger Dieterich von dem Sode 14 Hufen Landes nebst Zubehör zu Döteberg, Lamesten und Lohnde. 1362. April 7.

Ego Aschwinus dictus Schenke[1], miles, pro me ac meis heredibus recognosco in presenti litera meo sigillo munita, quod cum consensu heredum meorum omnium, quorum interest seu interesse poterit in futurum, vendidi vera, rata et perpetua venditione Thiderico dicto de Zode, civi in Honovere, et ejus heredibus quatuordecim mansos cum ipsorum curiis et casis in metis villarum et extra, videlicet Dutheberge, Lamesten ac Lone[2], cum omnibus eorum juribus, dominiis, proprietatibus et pertinentiis ubilibet situatis ad divinum cultum, prout emptoribus pretactis placuerit, convertendos[3], pro quadam pecuniarum summa michi ac meis heredibus integre tradita et soluta; renunciantes nichilominus ego ac heredes mei presentes et futuri omnibus et singulis actionibus, proprietatibus, juribus, dominiis et pertinentiis bonorum eorundem, que nobis bonis in eisdem hactenus competebant seu adhuc nobis inantea competere possent quovis modo. Preterea volumus et debebimus emptoribus predictis veram facere warandiam atque ratam bonorum omnium predictorum, ubi ac quotiens ipsis fuerit oportunum, dummodo ego aut mei heredes desuper fueri-

[1]) nach dem Wappen zu urtheilen, aus der Familie der von Reden.

[2]) vgl. Anm. 3 zu Urk. n. 301.

[3]) Die Güter zu Döteberg kamen nach der Urk. n. 413 v. 16. Oct. 1362 zu dem Altare Mariae Magdalenae in der Egidienkirche; die Güter zu Lamesten und Lohnde aber kamen nach der Urk. n. 415 v. 18. Nov. 1362 zu dem Altare Andreae in der Kreuzkirche. Die Güter zu Lamesten sind nach B. Hohmeister's Verzeichniß der geistlichen Lehne „davon kommen"; die anderen existirten noch 1831, sind seitdem aber abgelöst worden.

mus requisiti. Datum et actum anno Domini M°. CCC°. sexagesimo secundo, feria quinta post dominicam, qua cantatur *Judica me Deus.*

(Anhängend ein Siegel.)

Stadt-Archiv.

***409. Bischof Heinrich von Hildesheim genehmigt den von Aschwin Schenke vorgenommenen Verkauf von Grundstücken zu Döteberg, Lamesten und Lohnde an den Hannoverschen Bürger Dieterich von dem Sode. 1362. April 7.**

Nos Henricus Dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus tenore presentium literarum recognoscimus ac protestamur manifeste, quod strennuus miles Aschwinus dictus Schenke suique heredes cum nostro et nostri capituli plenario consensu vendiderunt vera, rata ac perpetua venditione discreto viro Thiderico dicto de Zode, civi in Honovere Mindensis dyocesis, et ejus heredibus quatuordecim mansos in metis villarum et extra, videlicet Dûtheberghe, Lone et Lamsten, cum ipsorum juribus, dominiis, proprietatibus, curiis, casis atque pertinentiis omnibus et singulis ubilibet situatis, et quia curia sancti Johannis in Dampmone extra muros Hildensemenses sita, in recompensum dictorum quatuordecim mansorum receperit necnon actualiter possideat cum dicti nostri capituli consensu novem mansos in Bervelte[1] situatos, nos ob votivas dicti Aschwini et suorum heredum instantias venditionem, commutationem dicto Thiderico et suis heredibus, ut predicitur, factas et habitas cum omnibus earum continentiis et clausulis in litera notri capituli desuper confecta traditis et expressis, auctorizamus et liberaliter presentibus approbamus, sicque, quod nec nos aut capitulum nostrum seu curia sancti Johannis predicta nichil prorsus juris, dominii, proprietatis et actionis in predictis quatuordecim mansis nec in eorum pertinentiis omnibus et singulis superius

[1]) Barfelde, Kirchdorf Amts Gronau.

Digitized by Google

expressis quomodolibet reservamus, dantes presentes literas in testimonium premissorum sigilli nostri munimine firmiter roboratas, sub anno Domini M°. CCC°. sexagesimo secundo, feria quinta post dominicam *Judica me Deus.*

(Anhängend das Siegel des Biſchofs.)

Stadt-Archiv.

*410. **Das Capitel des Stifts Hildesheim genehmigt denſelben Verkauf. 1362. April 7.**

Dei gratia nos Nicolaus prepositus[1], Gherardus decanus[2] et Otto scolasticus[3] totumque capitulum ecclesie Hildensemensis notum esse volumus universis et singulis, tam presentibus, quam futuris, quod strennuus vir Aschwinus dictus Schenke, miles, in nostra constitutus presentia quandam produxit literam sigillo honorabilium virorum, videlicet Volcmari quondam prepositi, Thiderici decani, Ottonis scolastici, necnon totius nostri capituli pendente sigillatam, scriptam in Teutunico ac tenorem, qui subsequitur, continentem: (folgt die Urkunde n. 301.)

Hujus igitur litere vigore Aschwinus predictus suo et suorum heredum nomine cum nostro plenario consensu vendidit justa, rata ac perpetua venditione ac libere dimisit discreto viro Thiderico dicto de Zode, civi in Honovere, Mindensis dyocesis, et ejus heredibus pretactos quatuordecim mansos cum ipsorum juribus, dominiis, proprietatibus, curiis, casis et pertinentiis omnibus, quorum quidem octo mansi cum duabus curiis et duabus casis in villa Dutheberghe et extra ac quatuor mansi cum una curia in Lone, necnon duo mansi cum una curia et duabus casis

[1]) Nicolaus Hut aus Lüneburg war Domprobſt von 1355—1382.

[2]) Gerhard II von dem Berge war Domdechant zu Hildesheim 1360—1365, ward 1363 Biſchof von Verden, 1365 Biſchof von Hildesheim und ſtarb 1398 als der Letzte ſeines Geſchlechtes. Siehe die Tabula genealogica in v. Hodenberg und Mooyer, Regesta nobilium de Monte. Minden, 1839.

[3]) Otto, Graf von Hallermund, erſcheint als Domſcholaſter zu Hildesheim bis zum Jahre 1381.

in metis ville Lamesten situantur; in quorum bonorum idem Aschwinus una cum heredibus suis possessionem actualem dictos emptores cum nostra voluntate plenaria liberaliter posuerunt. Et quia pretacta curia sancti Johannis in Dampmone sita in recompensum eorumdem quatuordecim mansorum novem mansos in Bervelte sitos actualiter dinoscitur possidere, nos decanus prefatus, cum ejusdem curie provisionis gerimus officium, necnon nos prepositus, scolasticus ac totum capitulum Hildensemensis ecclesie venditionem, dimissionem et commutationem pretactas ob votivas predicti Aschwini et suorum heredum instantias approbamus, auctorizamus et consentimus taliter, quod nos aut nostrum capitulum, nec curia sancti Johannis prenominata nichil prorssus juris, dominii, proprietatis seu actionis in pretactis quatuordecim mansis et eorum curiis ac casis ubilibet sitis et in eorum pertinentiis predictis emptoribus venditis et dimissis nullatenus reservamus. In premissorum omnium et singulorum evidens testimonium nos Nicolaus prepositus, Gherardus decanus, Otto scolasticus totumque capitulum ecclesie Hildensemensis predicte sigillum nostri capituli presentibus duximus appendendum. Datum anno Domini millesimo CCC°. sexagesimo secundo, feria quinta post dominicam *Judica me Deus*.

(Anhängend ein Siegel.)

Stadt-Archiv.

***411. Die Gebrüder von Reden verkaufen dem Hannoverschen Bürger Dieterich von dem Sode 14 Hufen Landes nebst Zubehör zu Döteberg, Lamesten und Lohnde. 1362. April 7.**

Nos Wullebrandus, Wülferus et Godscalcus fratres dicti de Rede, famuli, universis et singulis, tam presentibus, quam futuris, notum esse volumus et desideramus, quod cum consensu heredum nostrorum necnon omnium, quorum interest seu interesse poterit quomodolibet in futurum, vendidimus vera, rata ac perpetua venditione Thiderico dicto de Zode, civi Honoverensi, et ejus heredibus quatuordecim

Digitized by Google

mansos cum quatuor curiis et quatuor casis in metis villarum intus et extra, videlicet Dutheberghe, Lamesten ac Lone, cum omnibus ipsorum juribus, dominiis, proprietatibus ac pertinenciis ad eos spectantibus, ubilibet situatis, quos ab Aschwino dicto Schenken, milite, et suis heredibus pridem comparavimus, quos mansos similiter idem miles ab honorabilibus dominis decano et capitulo ecclesie Hildensemensis ex parte curie sancti Johannis in Dammone extra muros Hildensem site, cujus decanus predictus provisionis gerit officium, pro novem mansis in Bervelthe in modum commutationis sitis dinoscitur comparasse, ad cultum divinum, prout eidem Thiderico de Zode, Thiderico de Nendorpe, Broneken, necnon Johanni de Berkesen, civibus in Honovere, [placuerit], libere convertendos ac perpetuo permanendos, contradictionibus, actionibus et impedimentis omnibus et singulis nobis nostrisque heredibus hactenus et in futurum quomodolibet competentibus procul motis; renunciantes etiam juribus, dominiis, proprietatibus et pertinentiis mansorum cum curiis et casis predictorum nobis ac nostris heredibus competentibus quovis modo, ita videlicet, quod nichil juris seu proprietatis reservamus bonis in eisdem. Preterea eidem Thiderico de Zode et ejus heredibus veram atque ratam faciemus warandiam bonorum predictorum loco et tempore ipsis oportunis requisiti; adicitur etiam, quod, si iidem cives seu Thidericus de Zode nomine ipsorum et pro ipso predictos quatuordecim mansos cum eorum pertinentiis preexpressis ad altare seu benefitium dotandum pro usu sacerdotis seu clerici ad hoc ydonei attribuerint, extunc illi vel illis, cui aut quibus jus patronatus ipsius altaris seu benefitii fuerit attributum seu deputatum, promittimus omnia et singula premissa et eorum quodlibet firmiter ac inviolabiliter observare. Ceterum venditionem et alienationem bonorum eorundem per Aschwinum prenominatum ipsi Thiderico de Zode et ejus heredibus cum omnibus continentiis et clausulis in ipsius necnon honorabilium dominorum episcopi et capituli ecclesie predicte literis factas, contentis et expressis con-

Digitized by Google

sentimus et liberaliter approbamus, quoniam pecuniarum summa pro bonis eisdem sic, ut prefertur, venditis dicto militi atque nobis integraliter extat tradita et soluta, dantes presentes literas in testimonium omnium premissorum nostrorum sigillorum munimine pro nobis ac nostris heredibus firmiter roboratas. Sub anno Domini millesimo CCC°. sexagesimo secundo, feria quinta post dominicam Judica.

(Anhängend 3 Siegel.)

Stadt-Archiv.

*412. Volkmar von Heimburg, Pfarrer an der Marktkirche, verkauft den Kirchenvorstehern zur Unterhaltung einer Lampe in der gedachten Kirche einen bei dem Hospitale St. Nicolai gelegenen Pfarrgarten auf seine Lebenszeit. 1362. April 29.

Nos Volkmarus de Heymborch, plebanus ecclesie sancti Georgii [1] in Honovere, notum esse volumus universis, quod pro lampadis ardentis et in ecclesia nostra predicta ante altare sancti Jodoci pendende conservacione vendidimus discretis viris provisoribus ecclesie nostre pretacte pro tempore existentibus ortum nostrum ad nos et ad dotem nostram pertinentem juxta curiam ecclesie sive cappelle sancti Nycolai extra muros Honovere sitam cum omnibus juribus et proventibus ad tempora vite nostre habendam et libere possidendam; post nostri vero obitum idem ortus noster ad usum ecclesie nostre retransibit penitus cum ipsius pertinentiis liber et solutus, salvo nobis nichilominus illo videlicet, quod nos adhuc in vita existentes, et ecclesiam nostram alicui si permutare decreverimus aut resignare, extunc ortum nostrum a provisoribus ecclesie nostre pretacte, quicumque pro tempore fuerint, pro sex talentis Honoverensium denariorum, pro quibus ipsum, ut prefertur, vendidisse dinoscimur, redimere poterimus pro summa pretacta, contradictione quorumlibet non obstante,

1) Volkmar bekleidete diese Stelle nach den Kämmerei-Registern noch im Jahre 1391.

Digitized by Google

dantes presentes literas nostri sigilli robore in testimonium premissorum firmiter communitas, sub anno Domini M°. trecentesimo sexagesimo secundo, feria sexta post diem beati Marci ewangeliste.

(Anhängend ein Siegel.)

Stadt-Archiv.

413. Biſchof Gerhard von Minden giebt ſeine Einwilligung zur Gründung eines Altars S. Mariae Magdalenae in der Egidienkirche. Minden, 1362. October 16.[1]

Gherhardus, Dei et apostolice sedis gratia Mindensis ecclesie episcopus[2], ad perpetuam rei geste noticiam omnibus Christi fidelibus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Alias discreti viri Thidericus de Nendorpe, Broneko, Thidericus van deme Zode et Johannes de Berkensen, opidani in Honovere, divinum cultum augeri cupientes, pro remedio animarum quondam Johannis de Berkensen suorumque parentum, principum Luneburgensium et omnium fidelium defunctorum in honorem Dei omnipotentis altare beate Marie Magdalene in ecclesia sancti Egidii in Honovere nostre diocesis dotaverunt octo mansis cum duabus curiis et duabus casis sitis in metis ville dicte Dotheberghen cum eorum juribus et pertinentiis universis de facultatibus predicti quondam Johannis de Berkensen, prout eis commiserit, dum adhuc ageret in humanis, ad usus sacerdotis per illustrem principem ducem in Luneborch, qui pro tempore fuerit, ad illud presentandi. Qui si actu,

[1]) Das Original dieſer Urkunde iſt nicht mehr vorhanden. In dem Registrum der stadbreve des älteſten Stadt-Copialbuches findet ſich S. 76 verzeichnet: Item IIII^{or} literae super VIII mansis, cum quibus dotatum est altare in ecclesia sancti Egidii per Johannem de Berkesen, collatum per dominum ducem domino Thyderiko Tureken. Dies werden wohl die vier Urkunden vom 7. April 1362 ſein; ſomit ſcheint ſchon gegen den Ausgang des 14. Jahrhunderts, wo jenes Registrum angefertigt worden, das Original dieſer Urkunde nicht mehr exiſtirt zu haben.

[2]) Gerhard II, Graf von Schauenburg, früher Theſaurarius des Stifts Minden, war Biſchof zu Minden von 1361–1366.

cum ad hoc presentatur, sacerdos non fuerit, saltem infra primum annum post presentationem, prout eciam debet, in sacerdotem valeat ordinari. Nos igitur ipsorum devotioni, et ut aucmento laudis Dei participes efficiamur, favorabiliter annuentes, hujusmodi dotationem, eciamsi inantea aliis bonis et redditibus dicto altari deputandis ampliata fuerit, cum presentatione in Dei nomine liberaliter approbamus, approbatam nostra auctoritate presentibus confirmamus; sane tamen, quod altarista ejusdem altaris, quicumque pro tempore fuerit, de fructibus et proventibus dictorum bonorum pro agenda' memoria prenarrati quondam Johannis de Berkensen, suorum parentum, principum Luneburgensium omniumque fidelium defunctorum feria tercia in vigiliis et feria quarta ante festum palmarum in missis, prout pro defunctis fieri est consuetum, annis singulis duo talenta Honoverensium denariorum exponat et distribuat in hunc modum: Primo rectori ecclesie sancti Egidii predicte quatuor solidos, duobus cappellanis et duobus altaristis ibidem cuilibet unum solidum, provisoribus ecclesie decem et octo denarios pro luminibus, campanariis sex denarios; rectori ecclesie sancti Georgii duos solidos, rectori scolarium tantum, tribus cappellanis et tribus altaristis ibidem cuilibet unum solidum; rectori ecclesie sancte Crucis duos solidos, uni cappellano et quinque altaristis, tribus de Sancto Spiritu et duobus de Sancto Nycolao, cuilibet unum solidum; rectori capelle sancti Galli duos solidos, cappellano suo unum; quatuor altaristis de Beata Virgine extra muros cuilibet unum solidum conferat et presentet, dummodo in vigiliis presentes fuerint. Absentes eciam nulla causa abessendi debet excusare, quorum porcionem altarista, qui pro tempore fuerit, in usus suos recipiat et convertat. Volumus, quod, quicumque fuerit in continuo officio alicujus ecclesie vel altaris predictorum, porcionem recipiat, dummodo presens in vigiliis fuerit, quam verus rector ecclesie vel altaris percipere deberet, si in suo beneficio personaliter resideret. Adicimus autem, ut dicta memoria eo solempnius peraga-

tur, quod rectores ecclesiarum, videlicet sancti Georgii, sancte Crucis et sancti Galli, in predicta quarta feria quilibet unam missam ibidem procurare teneantur. Preterea cum super hiis accedat gratiosa voluntas et plenus consensus tam illustris principis domini Wilhelmi, ducis de Brunswic et Luneborch, patroni ipsius ecclesie, quam discreti viri domini Ludolfi[a], pronunc rectoris ejusdem ecclesie, juxta desiderium dotantium predictorum ordinamus et statuimus, ut sacerdos, qui ad ipsum altare presentatus fuerit, ibidem dyatim per se vel per alium, statim postquam prima missa ibidem finita fuerit, celebret unam missam, quam in mente sua Spiritu sancto suadente conceperit, nisi forte rector dicte ecclesie ipsum rogaverit pro aliqua missa speciali, quam idem altarista infra summam missam tamen ad voluntatem dicti rectoris aliquando legendo observabit. Ceterum idem sacerdos universas oblaciones et votivas ad dictum altare quomodolibet apportatas vel sibi publice vel occulte porrectas in dicta ecclesia vel ejus cimiterio ipsi rectori ecclesie fideliter et integre presentabit. Et ut divinum officium in predicta ecclesia solempnius peragatur, vesperis et missis cantandis singulis diebus, necnon processionibus omnibus et singulis intra et extra ecclesiam de jure vel consuetudine servandis prefatus sacerdos debebit interesse, nisi aliquando licenciam habuerit abessendi vel ipsum causa rationabilis excusaret; ita tamen, quod primus dicti altaris altarista ad chorum vel processiones hujusmodi, ut prefertur, in festivitatibus novem lectionum solummodo teneatur. Debet quoque dictus sacerdos ipsius ecclesie commodo et profectu, inquantum in eo fuerit, fideliter inclinare. Ipse quoque rector eum tamquam suum cappellanum promovebit et tuebitur cum effectu, et procurabit sibi omnia et singula ad celebracionem missarum necessaria ministrari. In

[a]) Nach Urkunde n. 443. vom 33. November 1367 Ludolfus Ruce. Auch in einer Wennigser Urkunde von 1365 (Scheidt, Vom Adel, Mantissa S. 325.) wird Ludelef Rutze, kerkhere to Sunte Ylien, genannt.

quorum omnium testimonium et robur sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum Minde anno Domini M°. CCC°. sexagesimo secundo, ipso die Galli.

Aus einem Transsumte vom 30. Dec. 1364 im Stadt-Archiv.

*414. Die Hannoverschen Bürger Broneke, Dieterich von Nendorf, Dieterich von dem Sode und Johann von Barkhausen erkennen an, daß das Patronat des Marie-Magdalenen-Altars in der Egidienkirche, welchen sie dotirt haben, dem Herzoge Wilhelm von Braunschweig und seinen Nachkommen zustehe. Hannover, 1362. October 18.

We Broneke, Thyderik van Nendorpe, Thyderik van deme Zode unde Johan van Berkhusen, borghere to Honovere, bekennet openbare in desseme breve, dat de lenware des altares, dat we bewedemet hebben in sente Egidius kerken to Honovere in sunte Marien Magdalenen ere, schal bliven by useme heren, hern Wilhelme, hertoghen to Brunswich unde to Luneborch, unde synen erven unde nacomelinghen, unde se schullet dat lenen eweliken unde to allen tiden, wanne unde wodicke id los werd. To eyner bekantnisse hebbe we unser aller inghezeghele ghehanghen to dessem breve, de ghegheven is to Honovere na Goddes bord dritteynhunderd jar in deme twe unde sesteghesten jare, in sunte Lucas daghe.

(Anhängend 2 Siegel, zwei andere sind abgefallen.)

Königl. Archiv.

*415. Bischof Gerhard von Minden bestätigt die Dotirung des Altars [S. Thomae et] S. Andreae in der Kreuzkirche.[1] 1362. November 18.

Gherhardus, Dei gratia Mindensis ecclesie episcopus, omnibus Christi fidelibus salutem in Domino. Noverint

1) Das Registrum der stadbreve in dem ältesten Stadt-Copialbuche S. 76 sagt über diese Urkunde: Item eodem [sc. 1362] literae confectae sunt super sex mansis, cum quibus dotatum est altare sancti Andree in ecclesia sancte Crucis, quod presentatum est domino Johanni de Arnheim per consules in Honovere.

Digitized by Google

universi presencium perceptores, quod, cum discreti viri Thidericus de Nendorpe, Broneko, Thidericus dictus van dem Zode et Johannes de Berkensen, burgenses in Honovere, divinum cultum augeri cupientes, pro remedio animarum quondam Johannis de Berkensen suorumque parentum et omnium fidelium defunctorum ad honorem Dei omnipotentis altare sancti Andree apostoli in ecclesia sancte Crucis in Honovere nostre diocesis dotaverint quatuor mansis cum una curia et duabus casis in Lamesto et duobus mansis in Lon et una curia ibidem[2] cum eorum juribus et pertinenciis universis de facultate predicti quondam Johannis de Berkensen eis per ipsum commissa, dum adhuc ageret in humanis; nichilominus vero prefatus Broneko, volens anime sue suorumque parentum et omnium fidelium defunctorum salubriter providere, idem altare cum sexaginta marcis Bremensis argenti dotavit ac melioravit ad comparandos perpetuos redditus quantocius cum eisdem ad usus sacerdotis per honorabiles viros consules in Honovere, qui pro tempore fuerint, ad illud presentandi, qui, si actu, cum ad hoc presentatur, sacerdos non fuerit, saltem infra primum annum post presentationem, prout eciam debet, in sacerdotem valeat ordinari. Nos igitur ipsorum devocioni et augmento laudis Dei, ut participes efficiamur, favorabiliter annuentes, hujusmodi dotacionem una cum presentacione in Dei nomine liberaliter approbamus et approbatam nostra auctoritate presentibus confirmamus. Preterea cum super hec accedat graciosa voluntas et plenus consensus tam honorabilium virorum consulum predictorum, ipsius ecclesie patronorum, quam discreti viri Brûnonis, pronunc rectoris ejusdem ecclesie, juxta desiderium dotancium predictorum ordinamus et statuimus, ut sacerdos, qui ad ipsum altare presentatus fuerit, ibidem diatim per se vel per alium statim post primam missam ibidem missam celebret, quam in mente sua Spiritu sancto suadente concepit, nisi forte rector ipsius ecclesie ipsum

[2]) Vgl. die Urkunden n. 408—411. vom 7. April 1362.

rogaverit pro aliqua missa speciali. Ceterum idem sacerdos universas oblationes et votivas ad idem altare quomodolibet apportatas vel eidem publice vel occulte porrectas in dicta ecclesia vel ejus cimiterio ipsi rectori ecclesie fideliter et integre presentabit. Et ut divinum officium in predicta ecclesia sollempnius peragatur, vesperis et missis cantandis singulis diebus dominicis et festivis, necnon processionibus omnibus et singulis prefatus sacerdos debet interesse, nisi aliquam licentiam patronorum vel ipsius ecclesie rectoris habuerit abessendi vel ipsum causa rationabilis excusaret. Debet quoque dictus sacerdos ipsius ecclesie commodo et profectui, quantum in eo fuerit, fideliter inclinari, ipseque rector eum tanquam suum cappellanum promovebit et tuebitur cum effectu, et procurabit sibi omnia et singula ad celebracionem misse necessaria ministrari. In quorum omnium et singulorum premissorum evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum sub anno Domini M°. CCC°. sexagesimo secundo, in octava beati Martini episcopi.

(Anhängend das Siegel des Bischofs.)

Stadt-Archiv.

416. Cord Solick, Knappe, leihet von Cord Limburg, Bürger zu Hannover, 8 Pfund Hannoverscher Pfennige unter Verpfändung seiner Kothstelle auf dem Brühl. 1362. November 25.

Ek Cordt Solick, knape, bekenne an dessem breve, de ghevestent is mid mime ingesegele, dat ik vorkoft hebbe Corde Lymborghe, borgher tho Honover, und sinen erven eder we dessen bref mid sime willen hedde, vertein schillinge tynses Honoversche penninghe vore achte pund dersülven penninghe in myme koyten in dem Broyle, dar Brinkman in woned, alle jarlikes uppe sünte Michael daghe bereydeliken tho ghevende. Des hebbe we desse wilkore under us: wilker desse lose desses tynses don eder eschen wil van deme andern, de schall id deme andern eyn verdeil jares vorkundighen, und wan dat umme komen is,

so schall men desse lose don uppe desse vorschrevene tidt vor desse vorbenömden summen, und gheven den tins dartho, also sek ghebored.

Vortmer we Hilbrant van Lente, Cord Landesbergh und Erik Morekedorp[1], knapen, bekennet an desseme breve under usen ingesegelen, dat we mid sameder hand enttruwen hebbet gheloved Corde Lymborche, sinen erven eder we dessen [bref] mid sime willen hedde: weret, dat ön an dessen vorscrevenen dinghen brak schude und we darumme ghemaned wurden, so wille we den brak genzliken irvullen bin den nesten verten nachten na der maninghe midt rederen penninghen eder mid ghenogheden panden, eder in de Olden Stat Honover komen und daruthe nicht bynachten, we en deden dat mid öreme guden willen.

Desse vorscrevene stücke love ek Cord Solick vore mick und mine erven entruwen stede to holdende. Desse breff is ghegheven na Godes bordt drüttenhundert jar in den twe und sestigesten jare, ipso die beate Katherine virginis.

Aus Grupen's handschr. Sammlungen im Stadt-Archiv.

***417. Das Kloster Marienwerder befreiet den Schelenkamp bei Bahrenwald*1 (Amts Hannover) von dem an die Kirche zu Linden zu liefernden Wachszinse. 1363. April 25.**

We her Diderik, provest, ver Ermegart, priorene, und de ghemene covent des closters tho deme Werdere bekennet und betughet openbare in disseme breve, de bezeghelt is mid usen inghezeghelen, dat we mid wolbort und willen user aller und Stacies van Bevelten des elderen und Cord van Althen, der olderlude user kerken tho

[1]) Lies Monekedorp. So hieß ein ausgegangenes Dorf bei Wunstorf; Mooyer, Die Grafschaft Schaumburg S. 50.

*1) Dieser Kamp wurde nach der Urk. n. 446. vom 26. Febr. 1368 später Eigenthum des Altars SS. Thomae et Andreae in der Kreuzkirche.

Lynden[2], und alle der, de et antrid und mid ichte antreden mach, hebbet ghenslike ghevryet van wastinse den camp, de gheleghen is by Vorenwolde vor Honover, de Hildebrandes und Helmoldes, broderen gheheten Schelen, borgheren tho Honover, und orer erven is, dar se vher pund wasses des jares pleghen afthoghevende user vorbenomden kerken tho Lynden tho deme luchte, vor viftehallef pund Honoverscher penninghe, de we na rade dersulven olderlude hebbet ghekart in nuttere ghulde tho deme luchte dersulven kerken. Des sculle we und willet dersulven vryheyt ore rechte warende wesen, wor on des nod is und wanne dat van os geeschet wert. Ok bekenne we, dat we, noch use kerke tho Lynden an deme vorbenomden campe nicht mer rechtes beholdet. Alle disse vorbescrevenen stucke de hebbe we ghelovet und lovet in disseme breve in guden truwen Hildebrande und Helmolde vorbenomt und oren erven stede, vast und unbreken tho holdende.

Vortmer we Stacies van Bevelte de eldere und Cord van Althen, olderlude disser vorbenomden kerken tho Lynden, bekennet, dat we tho ener mereren bethughinghe disser vorbescrevenen dink hebbet na des provestes und des conventes inghezeghelen use inghezeghele ghehenghet tho disseme sulven breve, und is gheschen na Goddes bort dusent unde drehundert jar in deme dre und sestighesten jare, in sente Marcus daghe.[3]

(Anhängend 4 Siegel.)

Stadt-Archiv.

[2]) Die Kirche zu Linden ist mit der zu Limmer im Jahre 1328 dem Kloster Marienwerder durch den Bischof Ludewig von Minden incorporirt worden. Das Patronat der Kirche zu Linden hatte das Kloster theils von dem Grafen Johann von Roden und Wunstorf, der dafür das Patronat der Kirche von Engelbostel erhalten hatte, theils von den Grafen Gerhard und Ludolf von Hallermund (vgl. Calenberger Urkundenbuch, Wunstorf, Nr. 34.) acquirirt, denen das Kloster dafür das Patronat der Kirche zu Leveste abgetreten hatte. Pabst Johann XXII confirmirte dem Kloster Marienwerder das Patronat der Kirchen zu Linden und Limmer unterm 3. März 1330.

[3]) Abgedruckt bei Moser V, S. 357 f. und im Hannov. Magazin 1843, S. 654 f.

***418. Biſchof Gerhard von Minden beſtätigt den Vertrag, wodurch das Kloſter Marienwerder den Schelenkamp zu Bahrenwald von dem an die Lindener Kirche zu liefernden Wachszinſe befreit. 1363. April 30.**

Nos Gherardus, Dei gratia episcopus Mindensis ecclesie, omnibus, tam presentibus, quam futuris, cupimus fore notum, quod, cum nobis dilecti in Christo prepositus, priorissa et conventus sanctimonialium in Werdere nostre dyocesis cum consilio provisorum ecclesie in Lynden campum quendam apud Vorenwolde juxta Honovere situm Hilbrando et Helmoldo dictis Schelen fratribus, opidanis in Honovere, a redditibus annuis quatuor librarum cere, quas dicti fratres ad luminaria ipsius ecclesie in Lynden, que quidem ecclesia ipsi monasterio in Werdere dinoscitur fore incorporata, solvere consweverunt, pro certa pecunie summa liberum dimiserunt, et quod dicti prepositus, priorissa et conventus, mediante auxilio et adjutorio provisorum ecclesie in Lynden prius dicte, in redditus utiliores ad luminaria ipsius ecclesie hujusmodi pecunie summam converterunt, nos igitur dicti campi libertatem tenore presentium auctorizavimus, et ipsam sub nostri sigilli munimine liberaliter aprobamus. Datum et actum sub anno Domini M°. CCC°. sexagesimo tertio, in vigilia beate Walburgis.[1]

(Das Siegel größtentheils abgefallen.)

Stadt-Archiv.

419. Biſchof Gerhard von Minden beſtätigt die Dotirung des Altars der heil. drei Könige in der Kreuzkirche. Burg Rahden, 1363. Juni 20.

Gherardus, Dei et apostolice sedis gracia episcopus ecclesie Mindensis, omnibus Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Noverint universi presencium

[1]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 68. — Hannov. Magazin 1843, S. 655.

inspectores, quod, cum discreti viri, dominus Wulffhardus de Ewyppe, presbiter, Conradus, filius quondam Johannis, et Basilius, filius quondam Roberti fratrum dictorum de Nigestad, necnon Johannes dictus Lange, opidani in Honovere, divinum cultum augeri cupientes, ob spem salutis animarum sui suorumque parentum ac omnium fidelium defunctorum in laudem et honorem Dei omnipotentis altare consecratum in honore trium Magorum in ecclesia sancte Crucis in opido Honovere[1] nostre diocesis de facultatibus propriis dotaverint, ipse videlicet dominus Wulffhardus una curia trium mansorum et duabus casis sitis in metis ville Rethe et sexaginta marcis Bremensis argenti[2] adhuc in perpetuos redditus quantocius convertendas, quorum tamen bonorum, fructuum et reddituum idem dominus Wulffhardus et post ipsum dominus Wichmannus Ostmedinch, presbiter, si eum supervixerit, uti debet ad tempora vite sue; exhinc pro usu sacerdotis ad ipsum altare integraliter cedent bona memorata; dicti vero de Nigestad una curia cum quatuor mansis in metis ville Bennete[3] et suis pertinenciis ac aliis bonis ad ipsum altare deputandis et apponendis per ipsos dotatores antedictos ad usus sacerdotis exnunc ad illud altare presentandi per Conradum et Basilium, et deinceps per ipsorum fratres et heredes laicos, quamdiu aliquis masculus per ipsos aut ipsorum aliquem seu ipsorum fratres et heredes genitus extiterit in humanis, ita tamen, quod semper senior pro una vice, cum vacaverit, ex parte ipsius Conradi, et altera vice ex parte ipsius Basilii jus patronatus seu clericum presentandi ad dictum altare possident et habebunt; si vero, quod absit, omnis posteritas dictorum Conradi et Basilii totaliter deletur, extunc dictum

1) S. die Urk. n. 292 von 1350.

2) S. die Urk. n. 376 vom 5. Juni 1358. Der Meierhof und eine Kothstelle zu Rethen sind noch jetzt zinspflichtig; die andere Kothstelle ist laut Halsband's Verzeichniß der geistlichen Lehne „abhanden gekommen".

3) Vgl. die Urk. n. 406 vom 10. Nov. 1361. Jetzt ist dieser Meierhof in zwei Höfe mit je zwei Hufen Landes getheilt.

jus patronatus seu clericum presentandi ad ipsum altare ad consules Honoverenses divolvetur apud ipsos perpetuo permansurum; si vero primus dicti altaris altarista decederet, tunc idem de Nigestad seu is, ad quem presentacio spectaret, ex speciali obtenta gracia per preces dicti domini Wulffhardi prefatum dominum Wichmannum ad ipsum altare deberet presentare, et si idem dominus Wulffhardus superviveret eundem dominum Wichmannum et ipsum altare vacare contingeret, sive dictus dominus Wichmannus hujusmodi altare tamquam beneficium adeptus foret sive non, dicti presentatores seu ipsorum alter, ad quem protunc pertineret, ydoneam personam etatis prefati domini Wulffhardi aut saltem consimilis ad preces ipsius ad idem altare presentare teneantur. Insuper altarista ejusdem altaris, postquam pretacta bona per mortem dominorum predictorum presbiterorum ad ipsum altare libere fuerint devoluta, memoriam videlicet domini Conradi, Giselberti et Basilii, Wulffhardi et Wichmanni, Johannis et Richardi dictorum Lange et omnis parentele et cognacionis eorum et ipsorum cujuslibet, necnon omnium fidelium defunctorum in quatuor quartis feriis vigiliis et in quatuor quintis feriis quatuor temporum annis in missis eis sollempnitatibus, quibus pro defunctis hoc fieri est consuetum, quolibet termino cum duobus talentis Honoverensium denariorum hoc modo distribuendis, videlicet rectori ecclesie sancte Crucis quatuor solidos, ejus capellano unum solidum, quatuor altaristis ibidem, tribus ad Sanctum Spiritum, duobus ad Sanctum Nicolaum, cuilibet unum solidum, rectori ecclesie sancti Georgii tres solidos, duobus capellanis et tribus altaristis ibidem cuilibet unum solidum, rectori Sancti Egidii tres solidos, uni capellano et duobus altaristis cuilibet unum solidum, extra muros Honoverenses apud Beatam Virginem quatuor altaristis cuilibet unum solidum, rectori capelle sancti Galli tres solidos, ejus capellano unum solidum, rectori scholarium duos solidos, provisoribus ecclesie sancte Crucis pro luminibus in dicta ecclesia ponendis decem et octo denarios, campanario ibidem sex

denarios pro ejus officio peragendo ministrabit. Prenominati rectores ecclesiarum et capelle, quilibet ipsorum ibidem unam missam procurabit infra summam missam pro defunctis celebrandam, dummodo ipsi vel hii qui pro tempore in continuo suorum beneficiorum in vigiliis prefatis sint presentes, ita quod nulla causa ipsorum absenciam excusent; porcio autem absencium et negligencium cedet provisoribus ecclesie sancte Crucis jam narrate pro comparacione vini, luminum et oblatarum. Nos ergo ipsorum devocioni et augmento laudis Dei, ut participes efficiamur, favorabiliter annuentes, hujusmodi dotacionem cum bonis, ut prefertur, adhuc apponendis una cum presentacione ac memoria, necnon aliis omnibus premissis in Dei nomine liberaliter approbamus ac ipsam approbatam auctoritate nostra ordinaria confirmamus; adjungimus eciam, quod, si clericus, qui ad ipsum altare presentatus fuerit, actu sacerdos non fuerit, saltem in primo anno post presentacionem sibi factam, prout eciam debet, in sacerdotem valeat ordinari. Preterea cum super hoc accedat graciosa voluntas et plenus consensus tam consulum predictorum, patronorum dicte ecclesie sancte Crucis, quam discreti viri domini Brunonis, pronunc rectoris ecclesie pretense, juxta desiderium dotancium predictorum statuimus et ordinamus, ut sacerdos, qui ad dictum altare presentatus fuerit, ibidem diatim per se vel per alium infra summam missam eo tempore, quo rectori ipsius ecclesie placuerit, celebret unam missam. Ceterum idem sacerdos universas oblaciones et votivas ad idem altare quomodolibet apportatas vel eidem publice vel occulte porrectas in dicte ecclesie parrochia humiliter recipiet ac ipsi rectori pro conservacione majoris concordie et amoris inter ipsos fideliter et integraliter presentabit. Et ut divinum officium in predicta ecclesia sollempnius peragatur, in festivitatibus novem lectionum vesperis primis, quam secundis et matutinis cantandis, necnon processionibus omnibus et singulis intra et extra ecclesiam de jure vel consuetudine peragendis preter primum dicti altaris altaristam, qui ex speciali

Digitized by Google

gracia pro suo commodo et beneplacito, quamdiu vixerit, hoc faciet, prefatus sacerdos debet interesse, nisi aliquam licenciam ipsius habuerit abessendi, nisi ipsum causa legitima excusaret. Debet quoque dictus sacerdos ipsius rectoris ecclesie sancte Crucis honori, commodo et profectui, quantum in eo fuerit, fideliter inclinari. Ipse quoque rector eum tamquam capellanum effectualiter promovebit et tuebitur, necnon procurabit sibi omnia et singula ad celebracionem misse necessaria ministrari. In quorum omnium et singulorum evidens testimonium dedimus presentem literam nostri sigilli majoris munimine firmiter roboratam super eo. Datum et actum in castro nostro Roden anno Domini M°. CCC°. sexagesimo tercio, XII°. Kalendas Julii.

Copiarium s. XV im Königl. Archiv p. 97 sqq.

***420. Ludeke Rychardes verkauft der Witwe Kollenrott und ihren Söhnen eine in der Wewelser Marsch bei Herrenhausen gelegene Wiese. 1364. April 28.**

Ek Ludeke Rychardes bekenne in dessem breve ghevestint mit mynem inghesegbele, dat ek mit willen unde mit vůlborde al miner erven hebbe vorkoft unde vorkôpe al de wische unde al dat land, dat ek hebbe in der Wevelscher mersch[1], mit allem rechte unde nud Heseken, wedewen Johannes Kolvenrodes, und oren sonen Jordane, Johanne und Corde, unde ören rechten erven vredeliken to besittende vor twe unde vertich pund Honoverscher

[1]) Diese Wiese ist laut Protocolls des Vogts Moreke zu Hannover im Jahre 1378 von der Witwe Kollenrott und ihren Söhnen dem Hospital St. Spiritus überlassen. Sie gehörte halb dem Meierhofe zur Burg, halb den drei Meierhöfen zur List, und zwar so, daß die beiden Hälften abwechselnd von den Betheiligten benutzt wurden. Hierdurch erklärt sich der jetzige, aus Wevelser Marsch corrumpirte Name Wechselmarsch. Zu Grupen's Zeit soll sie Wesermarsch geheißen haben (Origg. et Antiqq. Hanov. S. 91.); dagegen findet sich in einem Meierbriefe vom Jahre 1724 für Erich Kollenrott, der den ehemals Wevelser Meierhof in Herrenhausen (vgl. Urk. n. 63 vom 1. Aug. 1297.) besessen, aufgeführt: „Ackerland im Wesselfelde" und „an der Weseler Masch".

Digitized by Google

pennighe, aldusdanewis dat ek eder mine erven dit vorbenomde gůt moghet werder kopen to allen paschen, de tokomende sin bynen dessen neysten dren jaren, vor desse vorbenomden penninghe. Weret ok, dat ek eder mine erven des nicht weder en koften binnen desser vorscrevenen dren jaren, uppe de thyd alse hir vorscreven is, umme desse vorbenomden pennighe, so scolde it dessen vorbenomden kopers ewelik erven bliven unde vredeliken bruken unde besitten ane mine unde miner erven hinder eder wedersprake. Ok wil ek unde scal on des vorbenomden gůdes vor mek unde vor mine erven rechte warande wesen, wor unde wanne unde wo dicke on des nod is unde it van mi wart gheesschet. Alle desse vorbenomden stůcke unde ir jo jewelik bysůndern hebbe ek an trůwen ghelovet unde love der vorbenomden Heseken unde oren sônen Jordane, Johanne unde Corde unde ok by namen deme, de dessen bref mit orem willen heft, vor mek unde vor mine erven stede, vast unde umbrokeliken to holdende. Vortmer to enere mereren bewysinghe unde tůchnisse hebbe ek ghebeden Olrike Luceken unde Johanne van Lubeke dit mede to beseghellende.

Unde we Olric Lůceke unde Johan van Lůbeke bekennet in dessem breve under usen ingheseghelen, dat we dor bede willen Ludeken Rychardes vorbenomd hebbet dessen bref beseghelt mit usen ingheseghelen, unde is gheschen na Goddes bord dusent unde drehundert jar in dem verden unde sestighesten jare, des neysten sondaghes vor sůnte Wolburghe daghe.

(Drei wohlerhaltene Siegel.)

Stadt-Archiv.

***421. Herzog Wilhelm von Braunſchweig belehnt die Witwe Kollenrott mit einer Wieſe in der Wevelſer Marſch, die früher der Hannoverſche Bürger Ludeke Rygherdinghe (Rychardes) von ihm zu Lehn getragen hatte. 1364. April 28.**

Van Goddes gnaden we her Wilhelm, hertoghe to Brunswich unde to Luneborch, bekennet openbare in

dessem breve, dat we eyne wisgh, de in der Wevelscher mersgh beleghen is, de Ludeke Rygherdinghe, borghere to Honovere, van us to lene hadde unde nu upghelaten hefft, hebbet ghelened Heseken, ichteswanne Johannes Kolvenrodes wedewen, unde oren kinderen, Jordane, Henneken unde Corde, unde oren rechten erven mit allerleye rechte unde tobehoringhe, alse de wisgh van us to lene gheyd, myd desseme underschede, dat desse vorbenomde Ludeke unde syne erven moghen desse wysgh weder losen van der wedewen unde oren kinderen unde oren erven bynnen dessen neghesten tokomenden dren jaren vor twe unde vertech Honoversche pünd. Were aver, dat se bynnen den dren jaren de wisgh nicht en loseden, so mer moghe we edder use erven edder nakomelinghe unde anderes nemand de wisgh myd aller tobehoringhe losen van der wedewen unde oren kinderen unde oren erven vor twe unde vertech Honoversche pünd to allen tiden, wan we willet.

Unde we junchere Lodewich, hertoghen Magnus sone van Brunswich des elderen, bekennet openbare in dessem sulven breve, dat we unde use erven unde nakomelinghe willet unde schullet alle desse stucke stede holden.

Unde to eyner betughinghe desser dingh hebbe we vorbenomden hertoghen unse inghezeghele ghehenghet laten to dessem breve, de ghegheven is na Goddes bord dritteynhundert jar in deme vere unde sesteghesten jare, des neghesten sondaghes vor sunte Wolberghes daghe.[1]

(Anhängend 2 Siegel.)

Stadt-Archiv.

422. Herzog Wilhelm zu Braunschweig und Junker Ludewig von Braunschweig leihen 200 Mark Hannoverscher Währung von dem Rathe und der Stadt Hannover, unter Bürgschaft des Probstes Heinrich von Lüne und seines Bruders Christian von Langelingen.

Celle, 1364. October 28.

[1]) Abgedruckt bei Grupen, Origg. et Antiqq. Hanov. S. 91.

Digitized by Google

Van Godes gnaden we her Wilhelm, hertoge to Brunszwik unde to Luneborch, unde juncher Lodewich, hertogen Magnus sone van Brunszwik des elderen, bekennet openbare in dessem breve, dat wy dem rade unde borgeren der stad to Honovere sind schuldich IIc lodege mark Honoverscher wichte unde witte, de se uns rede to borge gelenet hebbet, unde desse IIc lodige mark wille wy unde unse erven unde nakomelinge schullet on [bereden] ane hinder unde vortoch nu to sunte Mertens dage, de negest kumpt vort over II jare, in unser vorbenomden stad Honovere mid sulvere eder mid Honoverschen penningen, alse dat lodige sulver denne dar gild.

Unde wy Hinrik, provest to Lune, unde Kersten van Langelage, brodere, bekennet in dessem sulven breve, dat wy uns to borgen gesat hebben vor unse vorbenomden heren unde hebbet gelovet dem rade unde borgeren to Honovere unde lovet on en truwen in dessem breve: Were, dat on jenich brok eder hinder worde in der [beredinge] desses vorbenomden geldes, so wille wy unde schullet on dare vull vore don bynnen den negesten IIII weken darna, wan wy darumme gemanet worden.

To eyner bedechtnisse desser dingh hebbe wy vorbenomde Wilhelm unde Lodewich, sakewolden, unde wy Hinrik unde Kersten, borgen, unse ingeseghele gehangen laten to dessem breve. Datum to Tzelle anno Domini XIIIc jar in dem LXIIII jare, Symonis et Jude apostolorum.

Copiarium s. XV. im Königl. Archiv p. 55.

***423. Transsumt einer Bestätigungsurkunde des Bischofs Gerhard von Minden für den Altar S. Mariae Magdalenae in der Egidienkirche. Neustadt Hannover, 1364. December 30.**

In nomine Domini Amen. Anno nativitatis ejusdem Mo. CCCo. LXo. quarto, indictione secunda, mensis Decembris die penultima, hora vesperarum vel quasi, pontificatus

Digitized by Google

sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Urbani divina providencia pape quinti, anno tercio, in[1] mei, notarii publici, et testium infrascriptorum personaliter constitutus discretus vir Johannes dictus Thureke, opidanus Honoverensis, Mindensis diocesis, quoddam privilegium confirmacionem cujusdam altaris continens, sigillo majore reverendi in Christo patris ac domini, domini Gherhardi, Mindensis ecclesie episcopi, inpendente sigillatum, mihi, notario publico infrascripto, ad transumendum et in publicam formam redigendum tradidit, requirens me, ut sibi desuper conficerem publicum instrumentum; cujus quidem privilegii tenor de verbo ad verbum fuit et est talis: (folgt die Urkunde n. 413.)

Acta sunt hec in Nova Civitate Honovere in curia strennui famuli Jordani de Iltene, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus discretis viris Bertoldo Tezen, subdyacono, et Johanne Louwen, opidano Honoverensi, Mindensis diocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Ghiselbertus Thureke, clericus Mindensis diocesis, imperiali auctoritate notarius publicus, quia privilegium predictum vero sigillo majori domini domini Gherhardi, episcopi Mindensis, impendente sigillatum, non cancellatum, non rasum, nec in aliqua sui parte suspectum, sed omni suspicione tam in litera, scriptura vel eciam sigillo carens vidi, omniaque alia et singula premissa coram me et testibus supradictis,[2] fierent et agerentur, interfui, igitur in hanc publicam formam dictum privilegium redegi, manu propria scripsi, signoque et nomine meis solitis signavi, rogatus et requisitus in testimonium omnium premissorum.

(Notariatszeichen.)

Stadt-Archiv.

[1]) presencia fehlt.
[2]) es fehlt dum.

***424. Heinrich von Anderten, Bürger zu Hannover, dotirt den Altar St. Catharinae in einer Capelle der Marktkirche zu Hannover mit einem Hofe zu Herrenhausen (Amts Hannover). 1365. Februar 3.**

Ik Hinrik van Anderten[1], en borgher to Honovere, bekenne openbare in dessem breve, dat myn here, her Wilhelm, herteghe to Brunswik und to Luneborch, heft ghevrighet und gheeghenet eynen hof myt vyf hoven und myt twen koten, de de beleghen syn in und by deme dorpe to Hoyeringhehusen myt allem eghendome, recht, nut und tobehoringhe in und buten deme dorpe, alse ik ene van mynen vorbenomden heren to lene hadde had, deme ik ene upgheseghet hebbe und hebbe ene ghegheven und bescheden der God to sunte Katherinen altare in ener cappellen, de de licht an sunte Jurgens kerken in mynes vorbenomden heren stad to Honovere, dar he ok den vorbenomden hof to gheeghenet unde ghevrighet heft dor God und syner sele willen, alse hir vorescreven is, dar me eynen prester to holden schal. Und myn here schal dit vorbenomde altar lenen eynem hedderven papen van staden an, vor wene ik Hinrik van Anderten vore bidde; und wan id van deme los wert, so schal id myn here anderwerve lenen aver enem bedderven papen, wor ik Hinrik vorbenomet edder myn oldeste erve, ifte ik nicht en were, vore biddet. Wanne id denne myn here dor myner bede willen edder mynes oldesten erven to twen malen ghelenet heft, so schal de lenware desses vorbenomden altaris mynes heren und siner nakomelinghe eweliken bliven to lenende, wéme und wor he wil edder to rade wert. Alle desse vorbenomden stucke vast und un-

[1]) Das Siegel enthält den Zusatz IV[nior]. In dem ältesten Stadt-Protocollbuche S. 5 findet sich: Eodem anno (1338) feria sexta post Walburgis (4. Mai) Henricus de Anderten junior volens facere passagium constituit Thydericum de Haghen, socium nostrum (consulem), Henricum de Anderten seniorem, fratrem suum, Thydericum de Yltene et Thydericum van deme Haghen juniorem ad hoc, ut, si ipsum infra annum et diem proximum mori contigerit, extunc deberent esse veri et legitimi tutores et procuratores puerorum suorum.

*1) Heinrich v. Honhorſt, herzogl. Vogt, nur aus dieſer Urkunde bekannt. Ein Hermann v. Honhorſt war 1384 Propſt zu Stederburg (Hildesh. Urk.).

Digitized by Google

Snitigehusen et claustrum Amelungsborne renuntiaret. Testes: viri nobiles praedicti et abbas Mauritius*[2], Ludolfus prior, Jo. cellerarius, Gherhardus de Brunswic et Conr. de Hildensem monachi in Amelungesborne. 1285 in die b. Andreae apostoli.

***28. Bertram v. Nordheim verkauft ½ Hufe in Weende an Hartmann Scherer für 11 *mk*, behält sich aber den Wiederkauf nach sechs Jahren vor. 1288. Mai 17.**

[Kön. Archiv.]

Nos consules in Gotingen quod vidimus et audivimus hoc testamur, quod videlicet Bertrammus de Nordhem de consensu uxoris et puerorum suorum vendidit Harmanno Rasori, uxori sue et heredibus suis dimidium mansum Wenede situm pro undecim marcis puri argenti, hoc tamen proviso, quod sex annis elapsis, si placeat eidem Bertrammo vel heredibus suis, possunt eum reemere pro ipsa pecunia circa pentecosten nec Hartmannus vel heredum suorum aliquis contradicet. Si etiam iamdictus Hartmannus vel sui heredes medio tempore indigent, possunt eum vendere alteri pro ipsis denariis, quibus emerunt et eodem iure quo tenebant, dum tamen a Bertrammo et heredibus suis nullatenus elongetur. Datum a. D. MCCLXXXVIII in diebus pentecostes, testibus nobis: Heinrico de June, Conrado de Wolprechteshusen, Johanne Divite, Hildebrando Longo, Fridecone Gerbodonis, Heidenrico Ysenboldi, Widekindo Passere, Heisone Bernhardi, Hugone Balderammi et Bertoldo Herewici, Johanne de Colle, Heidenrico Corvo et aliis fide dignis.

(Mit dem Siegel der Stadt.)

***29. Herzog Albrecht (1279—1318) bestätigt die Privilegien der Stadt. 1288.**

Abgedr. Z.- u. G.-Beschr. I, S. 63 [Stadt-Archiv 231].

In nomine sancte et individue Trinitatis. Dei gratia Albertus dux in Bryneswic omnibus in perpetuum. Cum

*2) Abt Moritz 1270..90.

Digitized by Google

tempora cottidianis successibus immutentur, non incaute dicerunt homines actiones suas privilegiis et testibus confirmare. Notum igitur facimus tam futuris quam presentibus, quod nos, considerata fidelitate ac devotione carissimorum burgensium nostrorum in Gotingen, eos tamquam fidelissimos nostros duximus specialiter diligendos, donantes et perpetuo statuentes, ut omnia iura sua, ea videlicet, que novi et anti-qui consules eiusdem civitatis super iuramentum suum sententiaverint, licite et expedite exerceant et observent, sicut tempore domini Ottonis imperatoris et ducis Henrici et ducis Ottonis, avorum et proavorum nostrorum, habere consueverunt. Firmiter etiam dicimus, quod eos aut civitatem numquam alicui, quamdiu vixerimus, obligabimus aut etiam porrigemus. Ut autem hoc propositum nostrum stabilius perseveret, hoc statutum nostrum nostro privilegio duximus roborandum. Actum est hoc Gotinge in cimiterio ecclesie b. Jacobi a. D. MCCLXXXVIII presentibus Godescalco nobili de Plesse, Lodewico de Rostorp milite, Lodewico pincerna de Nendorp milite et aliis honoratis.

(Das gemeinſame Siegel der Herzöge Albrecht und Wilhelm an roth-gelber Schnur.)

*30. Die Herzöge Albrecht und Wilhelm († 1292) geſtatten dem Rath den Juden Moſes in die Stadt aufzunehmen. 1289. März 1.

Abgedr. Z.- u. G.-Beſchr. 1, S. 63. Jung, de iure recipiendi Judaeos S. 150. [Stadt-Archiv 228].

Nos Dei gratia Albertus et Will. duces de Brunswic recognoscimus presentibus publice protestando, quod matura deliberatione dilectis nostris consulibus in Gotingen damus auctoritatem et potestatem, ut Moysen et suos veros heredes nostros Judeos recipiant in suum ius commune civitatis et ipsos pro veris habeant burgensibus, pro eisdem tamquam pro suis burgensibus fideliter placitando. Testes sunt et presentes aderant Godescalcus de Plesse, Herman et Otto filii sui, viri nobiles, Bertoldus de Adelevessen et Conradus de Rodh milites, et alii quamplures fide digni. In huius

Digitized by Google

rei firmiorem observantiam presentem literam super hoc ipsis contulimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum et actum a. D. MCCLXXXIX feria tertia post Invocavit.

(Gemeinſchaftliches Siegel an grün-roth-gelber Schnur.)

*31. 1289. Mai 26. B

Abgedr. Scheidt, Adel S. 87. [Kön. Archiv.]

Hermannus et Johannes, filii Gysonis de Cegenberch, omni iuri, quod iis competebat in allodio in Martageshusen, et molendino ibidem, quorum proprietatem Hermannus de Cegenberch, patruus eorum felicis recordationis et Gyso pater eorum praeposito et sanctimonialibus in Orto s. Mariae vendiderunt [1], renuntiant. Litteram sigillant Joh. de Helfenberg avunculus et civitas Gemunden, quia propriis sigillis carent. Testes: Conr. de Berlevessen, Henr. de Reingoldeshusen milites; Joh. de Herste advocatus in Fridelant [2], Widekindus de Swarzenberg, Godefr. de June, Tider. dictus Grope, Eckehardus de Scheden, Joh. dictus Dives, Joh. filius Henrici de June, Ulricus de Heyligenstad, et Conradus dictus de Grone, cives in Gotingen. 1289, in crastino Urbani papae.

32. 1290. Mai 1. B

Abgedr. Wenck II, 229.

Godeschalcus nobilis de Plesse cum filiis suis Hermanno et Ottone et Henrico, filio fratris sui, dicto de Honborc recognoscunt, quod Wernherus civis in Gotinge cognomine Boldesele*[1] quartam partem decimae in Gladebeke, quae ad eos iure feodali spectabat, denariis propriis comparavit: post obitum Wernheri possidebit coenobium s. Mariae in Hokelhem. 1290 in die b. Walburgis.

[1]) ſ. N. 15 (1268).
[2]) Vogt Joh. v. Harſte in Friedland 1289.90, in Göttingen 1293, in Nordheim 1295.
*[1]) So iſt zu leſen ſtatt Coldeſele.

Digitized by Google

*33. 1290. Sept. 13. B

[Kön. Archiv.]

Consules (Conradus de Wolprechteshusen, Hedhenricus Ysenboldi, Widekindus Passer, Frideco Gerebodonis, Johannes Dives, Johannes de Colle, Hugo Bolderammi, Hildebrandus Longus, Hedhenricus Corvus iun., Heyso Bernhardi, Henricus de June [1], Bertoldus Herewici) testantur, quod Bodo miles de Bovente cum consensu heredum suorum Guntheri, Henrici, Ottonis et Gertrudis, Godae et Sophiae conventui ad Ortum s. Mariae vendidit duos mansos et curiam in June et molendinum superius in Dranvelde. 1290 in vigilia exaltationis s. Crucis.

*34. Herzog Otto der Strenge († 1330) bestätigt die Privilegien der Stadt. 1292. Mai 17.

[Stadt-Archiv 17.]

Nos Dei gratia Otto dux in Bruneswich et Luneborch tenore presentium recognoscimus lucide protestantes ratum ac inconvulsum habituri, quicquid dilectus noster patruelis Albertus dux in Bruneswich et Luneborch et ipsius predecessores dilectis nostris burgensibus in Gotinge ac ipsis attinentibus in iure, libertate, privilegio, homagio, in bonis iure feudali collatis sive in vadimonio seu in pignere aut in quocunque genere contractus obligatis favorabiliter contulerunt, et sigilli nostri munimine stabilimus. Datum a. D. MCCXCII feria VI. proxima post asscensionem Domini. Testes hujus facti nostri sunt nobilis de Plesse Gotscalcus iunior, Fri. de Dorstad, Th. et Ever. fratres de Alten, Th. et Heyno de Berghe, Jo. de Gholtern, Bol. prepositus, Jor. de Campe fratres, Ludolfus de Hollaghen, Ber. de Reden, Rotgherus de Gustede, milites nostri consiliarii et alii quam plures fide digni.

(Löwensiegel an roth-gelber Schnur.)

1) Das Original hat Junior statt June.

Digitized by Google

*35. Herzog Otto bestätigt die Privilegien [1]. 1292. Mai 17.

[Stadt-Archiv 232.]

In nomine sancte et individue Trinitatis. Dei gratia Otto dux in Luneborch et in Bruneswich omnibus in perpetuum. Cum tempora cottidianis successibus immutentur, non incaute didiscerunt homines actiones suas privilegiis et testibus confirmare. Notum igitur facimus tam futuris quam presentibus, quod nos, considerata fidelitate ac devotione carissimorum burgensium nostrorum in Gotinge, eos tamquam fidelissimos nostros duximus specialiter diligendos, donantes et perpetuo statuentes, ut omnia iura sua, ea videlicet, que novi et antiqui consules eiusdem civitatis super iuramentum suum sententiaverunt, licite et expedite exerceant et observent, sicut tempore domini Ottonis inperatoris et ducis Henrici et ducis Ottonis, avorum et proavorum nostrorum, habere consueverunt. Firmiter etiam dicimus, quod eos aut civitatem nunquam alicui, quamdiu vixerimus, obligabimus aut etiam porrigemus. Ut autem hoc propositum nostrum stabilius perseveret, hoc statutum nostrum nostro privilegio duximus roborandum. Actum est hoc Gotinge in cimiterio et dote ecclesie b. Jacobi a. D. MCCXCII feria VI. proxima post asscensionem Domini. Testes huius facti sunt nobiles de Plesse Gotscalcus senior et iunior cum eo, miles Fri. de Dorstad, Theodericus et Everhardus fratres milites de Alten, Theodericus et Heyno milites de Berghe, Jo. miles de Gholtern, Boldewinus prepositus et Jor. miles fratres de Campe, Ludolfus miles de Holloghen, Bertoldus miles de Reden, Rotgherus miles de Ghustede, consiliarii nostri et alii quam plures fide digni.

(Löwensiegel an roth-gelber Schnur.)

[1]) Zu vrgl. in der Form N. 2. 22. 29.

Digitized by Google

*36. Erbvertrag der Herzöge Otto und Albrecht nebst Bestätigung der Privilegien der Stadt. 1292. Mai 17.

Abgedr. Origg. Guelf. IV, praef. S. 20. Z.- u. G.-Beschr. I, S. 66. [Stadt-Archiv 258.]

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto et Albertus Dei gratia duces in Bruneswich et Luneborch omnibus in perpetuum. Cum tempora cottidianis successibus immutentur, non incaute didiscerunt homines actiones suas privilegiis et testibus confirmare. Notum igitur facimus tam presentibus quam futuris, quod nos fideli intentione salubri ac maturo habito consilio amicorum et fidelium nostrorum utriusque terre nostre et omnium nostrorum subditorum utilitate ac honore inspecto, terras nostras, munitiones, opida, homines sic inter nos et se univimus et composuimus, ut equali jure, honore ac libertate et tuitione a nobis in perpetuum sortiantur, tali conditione notoria intermixta, quod si unum nostrorum absque heredis fruitione mori contingeret, superstes illius defuncti terras, munitiones, opida, homines sibi libere ac hereditarie usurpabit. Si vero hiis qui mortuus fuerit, heredem post se reliquerit, superstes talem heredem tamquam se ipsum in omni iure ac fide, usque ad annos suos duodecim legitimos pervenerit, gubernabit. Annis vero prefatis completis, si talis heres per se sua possidere voluerit, suus provisor et tutor terras, munitiones, opida, homines vel quicquid medio tempore ad talem heredem ex parte patris sui mortui fuerit devolutum, benevole ac absque ulla contradictione presentabit. Decrevimus etiam, si infra tempus tutele et provisionis provisor absque herede decederet, heres talis superstes tam ex parte patris quam ex parte sui provisoris defuncti terras, munitiones, opida, homines sibi ordinarie ac hereditarie usurpabit. Ista igitur fideli ordinatione inspecta, nostri fideles ac dilecti burgenses universi ac singuli civitatis Gotinge nobis iuramentum fecerunt, quod vulgo *hulden* nuncupatur, salvo semper et illeso ipsorum iure, honore, libertate, hactenus habita tam intra muros quam extra muros civitatis Gotingensis. Statuimus etiam, quod, quicquid cum fidelibus nostris burgensibus tractaturi simus aut ipsi nobiscum, super ipsorum

Digitized by Google

necessitatibus quibuscunque, quicquid per unum aut apud unum nostrorum terminatum fuerit, hoc alter ratum servabit et inconvulsum. Decrevimus etiam, quod si copiam nostri habere non poterint, quicquid super necessitate terre cum nostris fidelibus consiliariis placitando terminaverint, ratum servabimus atque firmum. Statuimus etiam, si rancorem et dissensionem inter nos oriri contingeret, medio tempore nostri subditi neque nos in nostra opida seu munitiones intromittent nec nos aliquo genere iuvaminis promovebunt. Insuper nos Otto dux decrevimus, nostros dilectos burgenses in Gotinge ac omnes ipsis attinentes tam in nostro dominio quam ubicunque locorum poterimus, in omni iure, honore, libertate, conductu tamquam nostros de Luneborch vel Honovere velle fideliter promovere. Datum a. D. MCCnonagesimoII. feria VI. proxima post asscensionem Domini. Insuper omnia prescripta sigillorum nostrorum munimine roboramus. Testes huius facti nostri sunt dominus Ghotscalcus nobilis senior et cum eo iunior dicti de Plesse, miles Fri. de Dorstad, Theodericus et Everhardus fratres milites dicti de Alten, Theodericus et Heino milites dicti de Berghe, Jo. miles de Gholtern, Balduwinus prepositus de Campe, Jor. frater suus, Ludolffus miles de Hollaghen, Ber. miles de Reden, Rotgherus de Ghustede miles, nostri consiliarii, et alii quam plures fide digni.

(Mit zwei Siegeln, einem von Herzog Otto und dem gemeinschaftlichen der Herzöge Albrecht und Wilhelm, an roth-weißen Schnüren.)

37. Herzog Albrecht bestätigt die Stiftung des Hospitals S. Spiritus. 1293. März 3.

Abgedr. Z.- u. G.-Beitr. III, S. 190 [Copie Saec. XIV. Stadt-Archiv 765.]

Dei gratia Albertus dux de Brunswich universis presentibus ac posteris presens scriptum audientibus vel visuris lucide protestamur, quod nos pio moti affectu in refrigerium et salutem anime nostre ac nostrorum predecessorum hospi-

tale s. Spiritus [1] apud Gotinge constructum et ipsius hospitalis curiam pleno iure libertamus et eidem habundans ius libertatis conferimus in hiis scriptis. Consensum nostrum insuper benivole adhibemus, quod Heydenricus Bernardi fundator dicti hospitalis ratione fundatoris ex nostra concessione ac eiusdem Heydenrici heredes ius patronatus in prefato hospitali possideant libere et quiete, in quo iure patronatus ipsos tueri nos astringimus per presentes. Volumus etiam, ut hoc ius libertatis dicto hospitali et in intuitu (?) collatum similiter ius patronatus, quod ad dictum Heydenricum et suos heredes est devolutum, heredes nostri seu successores ratum et inviolatum faciant perdurare. Ut autem hec libertatis in suo vigore permaneat donatio, decrevimus et firmiter voluimus observari, quod in prefato hospitali misericordie opera circa pauperes agantur et hospitale perpetuum perseveret. In huius rei memoriam firmiorem presens scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Datum Gotingen a. D. millesimo ducentesimo nonagesimo tertio feria tertia post dominicam Oculi mei.

38. Erzbischof Gerhard von Mainz (1289—1305) bestätigt die Stiftung einer Kapelle zu S. Spiritus, die von S. Albani eximiert wird, und eine Plessische Dotation für das Hospital. 1294.

Abgedr. Z.- u. G.-Beschr. III, S. 191. [Copie Saec. XIV. Stadt-Archiv 765.]

Nos Gerhardus Dei gratia sancte Moguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, recognoscimus per presentes, quod cum discreti viri Heydenricus et Johannes fratres, nati Bernhardi bone memorie, op-

1) 1336 ging das Patronat an Kloster Lippoldsberge über. Der Rath war mit der Verwaltung der Güter unzufrieden und brachte, da die Vorschläge nichts halfen, die Sache an das Concil zu Basel, das dem Rath die Mitvormundschaft über die Güter zusprach. 1440 fand ein Vergleich zwischen beiden Parteien statt und 1470 trat das Kloster dem Rathe das Patronat ganz ab. Nach der Reformation wurden die Güter eingezogen, die Einkünfte fallen jetzt in die Kasse der milden Stiftungen. — S. Spiritus lag am Groner Thore neben dem Deutsch-Ordenshofe.

Digitized by Google

pidani in Gotingen Mog. dioc., in laudem Dei et suorum remedium peccatorum capellam in hospitali s. Spiritus ibidem construxerint, patroni parrochialis ecclesie, plebani s. Albani extra muros Gotingen ac omnium quorum interest consensu accedente et libera voluntate, prout nobis per scripta autentica et plurimorum testimonio constitit evidenter, et ipsam capellam ab ipsa parrochiali ecclesia et ab omni iure subiectionis ex causis rationabilibus duxerint eximendam, ita quod in ipsa capella infirmis hospitalis eiusdem et familie ac fratribus ibidem (?) divina officia et alia sacramenta ecclesiastica per sacerdotem ydoneum, quem voluerint, valeant exerceri: similiter quod a nobili viro Godescalco de Plesse factum est, qui pro remedio anime sue eidem hospitali dedit et assignavit ius et usufructum iuris decimalis ex nostra infeudatione sibi de iure vel facto competente in proprietatibus fundi et aree, ubi dictum hospitale constructum est, suis septis aut sepibus interclusis tam ad prediales quam ad decimas personales, Bertholdi dicti de Gowischen [1] possessionem decime in Gottingen tenentis consensu libero accedente, nos premissa omnia et singula in Domino commendantes, dictam exemptionem, donationem seu assignationem predicti iuris decimalis ratas habemus et gratas, universas etiam libertates, proprietates, iura et iurisdictiones prefato hospitali donatas, venditas sive quolibet alio jure concessas a quacunque persona, colegio vel universitate, ipsis ex certa scientia comprobamus et auctoritate metropolitica confirmamus [2], concedentes has nostras literas in testimonium super eo sigilli nostri appensione munitas. Datum a. D. millesimo ducentesimo nonagesimo quarto.

[1]) S. über diesen Zehnten N. 54.
[2]) 1318. III. Kal. April. bestätigte Erzb. Peter (1305—20) diese Urkunde, abgedr. Z.- u. G.-Beschr. III, S. 192 [Stadt-Archiv 842].

Digitized by Google

*39. Herzog Albrecht versöhnt sich mit der Stadt über die Zerstörung von Harste. 1294.

Abgedr. Z.- u. G.-Beschr. I, S. 69. [Stadt-Archiv 174.]

Nos Dei gratia Albertus dux de Brunswich presentibus litteris recognoscimus publice protestando, quod fide data promisimus nostris consulibus civitatis Gotinge, quod ipsis in destructione castri Herste [1] et cum hominibus in ipso castro manentibus si quid placitaverint, cooperabimus nostra plenaria potestate, et nostra firma est voluntas. In huius rei evidentiam presens scriptum nostro sigillo roboramus. Datum a. D. MCCXCIIII.

(Mit dem großen Siegel.)

40. Das Hospital S. Spiritus kauft von Dietrich Herwig Güter in Altengrone. 1294. Febr. 24.

[*Lippoldsberger Copialbuch des histor. Vereins in Cassel.]

Nos Conradus de Wolprechteshusen senior, Johannes Dives, Hildebrandus Longus, Frideko Gerbodonis, Hedenricus Ysenboldi, Hugo Bolderammi, Johannes de Colle, Bertoldus Herewici, Heseco Corvus, Henricus de June, Richelmus de June, Godefridus Passer, consules in Gotige lucide protestamur, quod provisores hospitalis iuxta pontem Lagene [1] extra muros nostre civitatis constructi in honore Spiritus septiformis emerunt a Theoderico Herewici cive nostro, consensu omnium heredum suorum benivole accedente, bona sua sita in villa Aldengrone iure proprietario libera et soluta. Predictorum vero bonorum tertiam partem adhuc possidet Bertradis relicta Johannis de Billigeshusen, due vero partes ad prefatum Theodericum pertinebant. In huius rei evidentiam presens scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Datum a. D. MCCLXXXXquarto in die Mathie apostoli.

(Mit Siegel der Stadt.)

1) Harste war im Besitz der Herrn von Rostorf gewesen.
*1) Die Kuhleine ist gemeint.

Digitized by Google

41. Herzog Albrecht gestattet dem Predigerorden in Göttingen ein Kloster[1] zu bauen und gibt die Gebäude von herzoglichen Abgaben frei. 1294. März 14.

Abgedr. Rehtmeier S. 592. Z.- u. G.-Beschr. III, S. 154. Dransfeld, prodr. monum. Gott. 16. 17.[2] [Notarielle Copie Saec. XV. Stadt-Archiv 1863.]

Nos Dei gratia Albertus dux in Brunswic tenore presentium lucide protestamur, quod ad honorem Domini nostri Jhesu Christi et gloriose Virginis genitricis eiusdem Dei ac Domini nostri, pro salute nostra, uxoris nostre liberorumque ac omnium progenitorum nostrorum, fratribus ordinis predicatorum concedimus et in hiis scriptis indulgemus, quod in civitate nostra Gotinghe se recipiant. Concedimus, inquam, omnium quorum interest consensu ac tractatu prehabito diligenti, quapropter et proprietatem omnium arearum, que ipsis fratribus necessarie videbuntur ad edificandum in eisdem monasterium, cimiterium, claustrum ac alia edificia ipsis necessaria secundum ordinis consuetudinem, eisdem in eadem nostra conferimus civitate, absolventes ipsis areas ac edificia in eis posita cum omnibus attinentiis seu appendiciis, de quibus omnibus etiam donationem nostram intelligi volumus, ab omni iure seu onere, quoad nos videbantur aliqualiter pertinere. Rogamus igitur et volumus et mandamus, quatinus dicte civitatis tam clerus quam consules et ceteri fideles nostri concessionis huius nostre gratiam favorabiliter acceptent et approbent fratresque prenominatos propter amorem Domini Jhesu Christi et reverentiam nostri benigne recipiant et favore benivolo prosequantur. In huius concessionis nostre perpetuam certitudinem presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Asseborch a. D. MCCnonagesimo quarto in dominica qua cantatur *Reminiscere*.

[1] Das Kloster stand an der Stelle der heutigen Universitäts-Bibliothek, die Kirche ist noch vorhanden und war zuerst Universitätskirche. — Als das Kloster nach Einführung der Reformation 1531 aufgehoben wurde, war seit 1542 in den Gebäuden das Pädagogium, das dann der Universität Platz machte.

[2] Rehtmeier und Dransfeld haben Z. 9. *proprietatem aree (in) Poppendeich in civitate nostra* ꝛc., was wie es scheint auf einer Fiction beruht, auch manches andere haben sie falsch gelesen: jedenfalls hätte nicht *Poppendeich* stehn können.

Digitized by Google

*42. Der Rath bezeugt, daß Burchard von Gleichen von Elisabeth Raven ein Drittel ihres Allods in Weende gekauft hat. 1296. August 1.

[Stadt-Archiv 1368.]

Nos Conradus de Wolprechteshusen senior, Johannes Dives, Hildebrandus Longus, Frideko Gerbodonis, Heidenricus Ysenboldi, Hugo Bolderami, Heso Corvus, Johannes de Colle, Henricus de June, Bertoldus Herewici, Richelmus de June, Gotfridus Passer, consules in Gotinge lucide protestamur, quod Borchardus de Lichen et heredes sui emerunt a domina Elizabet, filia Heidenrici Corvi bone memorie, et eius heredibus consensu omnium, quorum interest, tertiam partem allodii integri in Wenedhe cum omni utilitate et usufructu, et confertur in feudo ab ecclesia in Helmwardeshusen, pro viginti marcis argenti secundum warandiam nostre civitatis, et eiusdem allodii tertiam partem habet Druchtlevus Conemundi. Ad plenam vero warandiam dicte partis allodii vel si defectus aliquis a domino feudi aut ex parte Siffridi Conemundi et Druchtlevi fratrum vel heredum suorum eveniret, prefata domina obligavit domum suam sitam apud valvam Geysmar. consensu heredum suorum dicto Borchardo et heredibus suis ad suppletionem illius defectus. Emptio autem prefata stabit a festo pentecostes nunc venturo ad unum annum et infra illud tempus est in optione sepedicti Borchardi et heredum suorum, quandocunque voluerint, dare dicte domine Elizabet vel heredibus eius viginti marcas. Illis datis duas partes in dicto allodio obtinebunt. Si vero ipse Borchardus aut heredes sui viginti marcas decreverint rehabere, intimabunt sepedicte domine vel heredibus eius a festo pasche proximo ad unum annum, et in festo pentecostes subsequente dicta pecunia persolvetur. Quodsi in hoc aliquod inpedimentum eveniret, dicta domina Elizabet cedere deberet de prefata domo sua vel in amicitia ipsius Borchardi possidere. In huius rei evidentiam presens scriptum nostro sigillo roboramus. Datum a. D. MCCXCVI in festo ad vincula s. Petri.

(Das Siegel ist abgerissen.)

Digitized by Google

43. Herzog Albrecht erklärt, daß ihm an den Gütern Günzels von Grone und seiner Brüder in Burggrone kein Recht zustehe, weil sie Reichslehn seien. 1296. Okt. 27.

Abgedr. Vaterl. Arch. 1820, 2, S. 139 [Lib. magn. cop. Das Original soll im gräfl. Hardenbergschen Archiv sein.]

Nos Dei gratia Albertus dux in Brunswich presentium tenore recognoscimus et testamur, quod ab advocatis et iudicibus nostris et aliis, qui nobis homagio tenentur, requisivimus diligenter, quod in bonis, que Guntzelinus de Grona[1] et fratres sui habent in Borchgrona, iudex esse non debemus aut iudicium aliquod exercere, quia Johannes miles et Thilo frater suus advocati in Grona et proavi ac predecessores ipsorum dictum iudicium in prefatis bonis ab imperatore seu Romano rege tenuerunt titulo pheodali, et pro tanto in predictis bonis nobis nullum iudicium vendicamus, ex quo ad nos nullo iure dinoscitur pertinere. Testes huius rei sunt dominus Baldewinus prepositus S. Blasii in Brunswich, dominus Borchardus nobilis de Meynerssen et Henricus miles de Wenden, dominus Bertoldus et Ludolphus dicti de Hollinge, super quo nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum a. D. MCCXCVI, in vigilia Symonis et Jude.

*44. Herzog Albrecht verspricht die Burg Berlevessen zerstören zu lassen. 1297. Juni 7.

[Stadt-Archiv 1460.]

Dei gratia nos Albertus dux de Bruneswich tenore presentium recognoscimus publice protestantes, quod cum dilectis nostris consulibus in Gotinghen convenimus in hunc modum, firmiter promittentes videlicet, quod castrum sive

[1]) Die Brüder Jan und Hermann von Grone verkauften 1351 ihre Güter in Burggrone an Bodo und Bertold von Adelepsen und von denen von Adelepsen wurden sie der Stadt 1372 verkauft. Außerdem haben aber auch die Hardenbergs Besitzungen resp. kaiserliches Lehn in Grone gehabt, das von ihnen an die Stadt gekommen ist. 1387 gab König Wenzel der Stadt den ersten Lehnsbrief s. u., seit 1660 geriethen diese Belehnungen ins Stocken, obgleich der Reichshofrath von da bis zum Jahre 1766 den alten Lehnsnexus zu behaupten gesucht hat.

Digitized by Google

munitionem Berlevessen [1] infra hinc et festum Jacobi nunc proximum sine dilatione qualibet a nostris subditis destrui debeat nichilominus et deponi. Super quo literam nostram sigillo nostro signatam ipsis dedimus in testimonium predictorum. Datum Gotingen a. D. MCCXCVII, feria VI. ante dominicam Domine in tua.

(Beſchädigtes Löwenſiegel am Pergament.)

45. Herzog Albrecht ſchenkt der Kirche S. Nicolai 2½ Hufen in Barlofen (bei Dransfeld). 1298. Juni 21.

[Copie Saec. XVII. Stadt-Archiv 1858.]

In nomine sancte et individue Trinitatis. Dei gratia Albertus dux in Brunswigk omnibus in perpetuum. Ne ea, que geruntur in tempore, simul cum lapsu temporis a memoria hominum subtrahantur, expedit scripta fieri, que contineant seriem veritatis. Sciant igitur universi Christi fideles, tam posteri quam presentes, quod nos, maturo habito consilio, una cum consensu heredum nostrorum habitorum et habendorum et omniúm illorum, quorum merito consensus fuerat requirendus, ob salutem animarum parentum nostrorum ac etiam nostram ecclesie s. Nicolai in Gottingen, plebano iamdicti loci et omnibus suis successoribus proprietatem duorum mansorum cum dimidio sitorum in Verldehosen, quorum possessor fuerat Henricus sacerdos pie memorie, quondam plebanus ibidem, de Alvelde dictus felix (?), dedimus et donamus absque aliquo impedimento nostro vel advocatorum nostrorum possidendam perpetue libere et quiete. Huius rei testes sunt Jutha (?) domina Ritza uxor nostra, Joannes de Grone miles, honorabilis vir Theodericus plebanus S. Albani iuxta muros Gottingen, capellanus noster, Bertoldus, Bertramus fratres dicti de Wakene, Joannes de Colle, Chunradus dictus Karleman, Joannes, Chunradus filii

[1]) *Berlevessen* iſt nicht das heutige Berlepſch über der Werra, ſondern das heutige Barliſſen, im ehemaligen Gerichte Jüne, übrigens der Stammſitz der Herren v. Berlepſch, ſ. Vaterl. Arch. 1833, S. 157.

Digitized by Google

eiusdem, Hermannus, Helevicus fratres dicti Ruffi, Joannes dictus Uterhut, Hermannus de Grona, burgenses in Gottingen, et quam plures alii fide digni. Ut autem hec nostre proprietatis donatio apud posteros rata et stabilis perseveret, presentem literam inde conscriptam dedimus super eo, sigillo nostro firmiter roboratam. Datum Gottingen per manum Bertoldi de Honlage, canonici S. Blasii in Brunswigk, notarii nostri, temporibus domini Cunradi capellani nostri, plebani loci supradicti, a. D. MCCXCVIII, in die b. Albani martiris.

*46. 1298. Juli 1. B

Abgedr. Scheidt, Adel S. 14. [Kön. Archiv.]

Godescalcus senior nobilis de Plesse et Henricus domicellus ibidem, dictus de Homborch, consensu Godescalci filioli curiam dictam *Ekhof* in Volcharderode [1] sanctimonialibus b. Marie Virginis ad Ortum erogant. Testes: Johannes plebanus in Dransvelde, Hen. dictus Scade pleb. in Sybodeshusen, Johannes et Hermannus fratres dicti Divites, Johannes, Henricus, Conradus et Richelmus fratres de June, cives in Gotinge. Datum Plesse a. D. 1298, VII. Nonas Julii [2].

47. Hildebrand Lange, Bürger in Göttingen, verkauft Land in der sog. Levenowe für eine jährliche Rente von 3 *mk*; 8 ßl. bezahlen die Käufer jährlich in vier Terminen zu milden Zwecken. Sie sollen auf dem gekauften Grunde Häuser bauen und jedes Haus ein Fastenhuhn geben. Wird ein Haus verkauft, so hat Hildebrand das Vorkaufsrecht.

1299. April 18.

[Lib. parv. copiarum. Deutsche Uebers. Stadt-Archiv 1028.]

Nos Wedekindus Passer, Johannes Bernhardi, Bertoldus de Waken, Hermannus Dives, Conradus de June, Conradus de Colle, Johannes de Stolpe, Henricus Longi, Conradus de Wolprechteshusen iunior, Johannes de Northen, Fredericus

[1] *Volcharderode* = Volkerode, nördlich von Mariengarten.
[2] So ist das Datum im Originale ausgedrückt.

Digitized by Google

Corvus et Hermannus de Grone, consules in Gottingen, protestamur publice in hiis scriptis, quod Hildebrandus Longus, noster concivis, consensu Gisekonis sui filii et aliorum, quorum interest, heredum unanimi consensu dedit spatium terre nove civitati contiguate, quod a vulgo *Levenowe*[1] est theutonice nuncupatum, eo videlicet iure, quod vulgariter *hegensrecht*[2] appellatur, Hermanno de Rosa, Regebodoni, Hermanno de Grona, Herdrado iuniori, Elizabeth Dangenstede, Helmoldo de Holthusen, Bernhardo de Sadageshusen, Hermanno de Nordendorp, Degenhardo de Sucyn, Bertoldo de Nordendorp, Henrico de Schoningen et Johanni Hoborge et veris heredibus iamdictorum sub forma, quod prenominati vel eorum heredes dabunt dicto Hildebrando et suis heredibus pro annuali pensione de pretacto terre spatio duodecim fertones secundum warandiam nostre civitatis, quorum medietas dabitur in festo Walburgis nunc instanti, residua vero in festo Michaelis continue subsequente, et sic de singulis annis perpetue in terminis iam prescriptis et in vigiliis quatuor festivitatum scilicet pasche, penthecostes, assumptionis b. Marie Virginis et festi nativitatis Domini dabunt singulis annis etiam perpetue in singulis vigiliis pretactis duos solidos denariorum Gottingensium ad denarios offertoriales. Insuper loca ipsis ascripta domos edificabunt et de singulis domibus superedificandis dabitur singulis annis etiam perpetue in festo carnisprivii unus pullus. Si vero aliquis prescriptorum vel suorum heredum locum sibi asscriptum vel deputatum vel aliquid loci alienare decreverit, prius dicto Hildebrando vel suis heredibus exhibebit, et si noluerint, extunc unum solidum ad exitum et unum ad introitum obtinebunt, aliis etiam iuribus non exclusis. In quorum testimonium et evidentiam firmiorem damus presens scriptum ad petitiones utriusque partis premisse nostro sigillo firmiter consignitum. Datum a. D. MCCXCIX, in vigilia pasce.

1) in der jetzigen Neustadt.
2) *hegensrecht, hegerrecht* von *heger = coloni, qui mansos et praedia sua beneficiali lege accipiunt*, Haltaus s. v.

Digitized by Google

***48. Die Stadt Duderſtadt verpflichtet ſich, die Stadt Göttingen gegen Unbill von Seiten der Herzöge oder ihrer Vögte mit Rath und That zu unterſtützen. Saec. XIII. extr.**

[Stadt-Archiv 358.]

Nos consules et civitas in Duderstat[1] in hiis scriptis obligamus nos consulibus et civitati in Gotinge, quod si aliqua fiat eis vel inferatur a dominis nostris principibus illustribus ducibus in Bruneswic vel ab advocatis ipsorum violentia, nos omnem impendemus precum et laborum diligentiam, donec fiat eis restaurum talis violentie aut iniurie. Immo eandem adhibebimus diligentiam, quam impenderemus, si nobis aut civitati nostre fuisset talis violentia irrogata. In huius rei testimonium communimus sigilli nostri munimine presens scriptum.

(Stadtſiegel von Duderſtadt.)

***49. Die Stadt Duderſtadt will die in Göttingen gebannt ſind, auch in Duderſtadt bannen. Saec. XIII. extr.**

[Stadt-Archiv 122.]

Nos consules et civitas in Duderstat*[1] in hiis scriptis obligamus nos consulibus et civitati in Gotinge, quod si quis proscriptionem meruerit apud ipsos, nos eundem proscriptum, postquam ipsis demandantibus nobis innotuerit, in civitate nostra similiter proscribemus. In huius rei testimonium communimus sigilli nostri munimine presens scriptum.

(Mit Siegel.)

[1]) Der Bund umfaßte die Städte Göttingen, Nordheim, Münden, Duderſtadt und Oſterode. Faſt ganz gleichlautende Briefe für Göttingen von Oſterode, Nordheim und Münden, und für Duderſtadt von Münden befinden ſich im ſtädtiſchen Archive [360. 120. 1176. 204], der Brief für Duderſtadt von Nordheim iſt abgedr. Wolf, Geſch. des Eichsf. II, 37: für Münden von Göttingen, Nordheim und Oſterode Sudendorf *I, 120, der das Jahr 1292 annimmt.

*[1]) Gleichlautende Briefe für Göttingen von Münden [122], Nordheim [176] und Oſterode [359], für Münden von Göttingen und für Duderſtadt von Münden hat das Archiv theils im Original theils in Copie.

Digitized by Google

50. Die Stadt Göttingen verspricht an Münden Hülfe bei Vergewaltigung. Saec. XIII. extr.[1]

[Copie Saec. XV. Suppl. lib. cop.]

Discretis viris et honestis consulibus et ceteris burgensibus in Munden consules et universi cives in Gottingen promptam cum obsequiis voluntatem. Cum iuxta motum temporum possint et persepe soleant animi hominum permutari, hinc est, quod ad notitiam cunctorum pervenire volumus, nos data fide et iuramento vobiscum conspirasse, ut si violentia vel iniuria vobis aut vestris concivibus inferatur, rebus et corpore prohibeamus. Prefatum vero iuramentum nec una civitas sine aliis revocabit, quin fiat de communi consensu civitatum. Ut hec autem integra maneant, presentem paginam nostro sigillo roboramus.

***51. Conrad v. Jline, Bürger in Göttingen, verkauft den halben Zehnten und 1½ Ferding Rente in Sieboldshausen für 22 *mk* auf Wiederkauf an Kloster Mariengarten, unter Bürgschaft von Joh. und Hermann Reiche, Heinrich und Richelm von Jline. 1300. Jan. 29.**

[Kön. Archiv.]

Nos Conradus de Wolprechteshusen, Johannes Dives, Frideko Gerbodonis, Heidenricus Bernhardi, Bertoldus Herewici, Heinricus de June, Richelmus de June, Gotfridus Passer, Hermannus Ruffus, Hermannus sub Tilia, Olricus de Helgenstat et Johannes Uterhut, consules in Gotingen, lucide protestamur, quod Conradus de June, civis noster, cum consensu Heinrici et Johannis, filiorum ipsius Conradi, ac omnium heredum suorum vendidit domino preposito ac monasterio ad Ortum s. Marie Virginis medietatem decime in Siboldeshusen et alterum dimidium fertonem pensionis ibidem cum omni utilitate et usufructu pro viginti duabus marcis argenti secundum warandiam nostre civitatis. Ad hoc promiserunt Johannes et Hermannus Dives fratres, Henricus et Richelmus de June fratres una

[1]) Scheint etwas älter zu sein als die beiden vorhergehenden Urkunden.

Digitized by Google

manu, quod simul cum prefato Conrado de June sunt et erunt veri warandi bonorum predictorum, ubicumque vel quandocumque fuerit hoc necesse. Et si prefato domino preposito ac monasterio ad Ortum s. Marie aliqua causa sive coram ecclesiastico sive coram seculari iudicio moveretur, prenominati fideiussores una cum Conrado de June pro ipsis plenarie respondebunt, et si aliquis dictorum fideiussorum moreretur, alii superstites bonum fideiussorem in locum defuncti statuent infra mensem, qui promittet cum aliis simile se facturum. Preterea iamdictus dominus prepositus et monasterium predictum prenominato Conrado de June ac suis heredibus talem fecerunt gratiam, quod, quandocumque decreverit, potest prescripta bona reemere pro pecunia memorata. In huius rei evidentiam presens scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Datum a. D. MCCC, feria VI. ante purificationem Virginis gloriose.

(Mit dem Siegel der Stadt.)

52. Hermann von Grone haftet mit zwei Hufen einigen Bürgern, die für ihn Bürgschaft an Kloster Mariengarten geleistet haben. 1301. Juli 13.

[Copialbuch von Mariengarten, Kön. Bibl. zu Hannover.]

Nos Johannes Bernhardi, Bartoldus de Wakene, Thidericus Herewici, Conradus de Colle, Conradus de June, Hermannus Dives, Johannes de Northenis, Conradus de Wolprechteshusen iunior, Hermannus de Grona, Ludolfus Corvus, Henricus Reineconis, consules in Gotinghen, recognoscimus in hiis scriptis, quod Hermannus de Grona, noster concivis predictus, cum consensu heredum suorum obligavit Hermanno sub Tilia, Henrico Longo, Druchtelevo fratri suo et Eckehardo de Schedenn, nostris concivibus, eorumque veris heredibus duos proprios mansos suos sitos in campo nostre civitatis in hunc modum: si dicti concives nostri Hermannus, Henricus, Druchtlevus et Eckehardus ratione promissi domino preposito et conventui ecclesie b. Marie Virginis ad Hortum pro ipso Hermanno et suis heredibus facti aliquod reciperent detrimentum, ut restaurationem huius de-

Digitized by Google

trimenti in dictis mansis plenarie consequantur. In cuius testimonium nostre civitatis sigillum presentibus est appensum. Datum a. D. MCCCI, in die b. Margarete virginis.

***53. Die Stadt verpflichtet sich für Herzog Albrecht jährlich 60 *mk* bis auf Weiteres an Graf Otto von Waldeck zu bezahlen und ist während der Zeit bedefrei. 1303. März 4.**

[Stadt-Archiv 416.]

Von godes gnaden we Albrech hertzoghe unde we Ricze von den silven gnaden hertzoginne tzo Bruneswic unde unse rechten erven bekennen dhes opelike in unsen breven, dhat unse borghere von Ghotingen nicht durch rechtes willen, dhat sie ieneghen iarliken tins plichtich sin tzo gevende, wen dhat sie unse bede unde willen daran irvullet hebbet unde och hopet unsen vromen unde unses landes dharan, hebbet ghelovet in eren breven vor uns deme edelen manne greven Ottin von Waldecke unde sin rechten erven 60 *mk* [1] lodiges silvers alle iar tzo leistede an s. Martines daghe, dhewile dhat we se daraf nicht enlosen unde en ere breve nicht weder werden: we unde unse reichte erven willen unde scolen se bede vri laten [2]. We unde unse rechte erven unde alle unse ambechtlude willen unde scolen och sie vordeghedingen unde vorderen likerwis, also sie disses lovedes vor uns nicht ghedan hedden unde willet och, dhat unse ambechtlude sie mit nichte scolen hinderen an ereme rechte. Uppe dhat disse rede stede unde vast blive, so beseghele we dissen bref mit unsen inghesegelen. We lantgreve Heinrich von godes gnaden herre tzo Hessen [3] unde we Johan sin sun bekennen dhes also ghedane rede,

1) Graf Otto v. Waldeck verkaufte 15. Febr. 1303 an Herzog Albrecht Schloß und Grafschaft Nienover für 1800 *mk*; die Stadt Göttingen sollte 60, Nordheim 40 *mk* jährlich bezahlen. Sudendorf I, 173. — S. auch unten N. 83.

2) Die Bede der Stadt Göttingen betrug bis in die Zeiten Herzog Erichs I. jährlich 100 *mk*, die regelmäßigen Quittungen sind von Herzog Otto dem Quaden an fast vollständig erhalten.

3) Heinrich das Kind 1265—1308, sein Sohn Johann regierte in Niederhessen 1308—11.

Digitized by Google

also hirvore bescreven is, dhat dhe uns witlik si, unde betughet daz mit unsen inghesegelen. Hirover sint gewest tzo tzughe her Godescalc de edele von Plesse, her Ecbrecht von dher Asseborch, her Johan von Utesse, her Johan [von Grone,] her Bruning von Woldershusen unde andere riddere unde vrome ludhe. Dhit is gheschen an deme jare do [men czalte von] godes borth dusent druhundert unde dri iar, an deme nesten manthage na Reminiscere.

(Die Siegel sind bei der späteren Annullierung herausgerissen und ein Stück Pergament mit.)

54. Herzog Albrecht verkauft dem Kloster Walkenried den Zehnten und einen Hof in Göttingen für 500 *mk*. 1303. März 5.

Abgedr. *Vaterl. Arch. 1843 S. 417 und im Auszuge *W. U. B. 624.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris Dei gratia nos Albertus dux in Brunswich volumus esse notum, quod inter nos ex una et inter venerabilem virum dominum abbatem de Walkenred nomine sui monasterii a parte altera super decima nostra in Gotingen, quam redimere intendit de manu nostra, talis habitus est contractus, videlicet quod, ipsa decima expedita seu disbrigata de impetitione nobilis viri domini Godescalci de Plesse et Alberti militis et fratris sui dictorum de Gowische ceterorumque omnium, qui de iure ipsam inpetere possunt usque ad reverendum patrem et dominum archiepiscopum Maguntinum, et litteris nostris cum sigillo nostro super ipso contractu confectis et litteris dicti domini Gotscalci et fratrum de Gowische predictorum et litteris civitatis nostre in Gotingen ipsi domino abbati, secundum quod eas conscribi fecerit, traditis, solvet nobis pro ipsa decima et curia[1] in Gotingen cum aliis pertinentiis suis quingentas marcas puri argenti ponderis Gotingensis ante

[1]) Der Hof lag nach einer andern Urkunde am S. Jacobi-Kirchhof, an der einen Seite vom Hofe des Ritters Joh. von Roringen, auf der anderen von der Straße, die zur Burg führt, begrenzt. Er hieß der Sternberg (W. U. B. 852), nach der in Göttingen ansäßigen Familie *de Stella, Stern*.

Digitized by Google

dominicam qua cantatur *Letare*, ita quod ante traditionem dictarum litterarum nichil nobis solvere teneatur, hac conditione apposita, quod pecunia predicta in conductu nostro et cum hominibus nostris duceretur a claustro Walkenred usque in Gotingen, ubi eadem pecunia persolvetur, et si, quod absit, ipsa pecunia potenter ablata fuerit, hominibus nostris circa eam vulneratis, captis et occisis, a Walkenred usque ad aquam que *Hale*[2] dicitur, periculum pecunie et non hominum ad dominum abbatem respicit: ab alia vero parte usque in Gotingen periculum in nos respicit et ipse abbas nichilominus decimam, ac si pecuniam nobis solvisset, nomine sui monasterii perpetuo possidebit, datis insuper litteris, sicut superius est expressum. Actum et datum a. D. MCCCtertio, feria tertia post dominicam, qua cantatur *Reminiscere*[3].

2) Die Hahle entspringt nördlich von Stadt-Worbis (ziemlich an der Grenze des Eichsfeldes) und fließt bei Duderstadt vorbei.

3) Der eigentliche Kaufbrief wurde in Göttingen den 6. März und ein andres Exemplar den 7. März ausgestellt, im Beisein Gotschalks v. Plesse und der Ritter Joh. v. Utessen, Joh. v. Grona, Ekbert v. Asseburg, Bruning v. Woldershusen, Heinrich Horleman und Joh. v. Roringen (W. U. B. 625. 26. Vaterl. Arch. 1843 S. 420). Der Rath der Stadt wurde den 6. März benachrichtigt, sich hiernach zu richten. — Gotschalk v. Plesse, der den Zehnten von Mainz zu Lehn hatte und die Gebrüder Albert und Hermann v. Gowische damit belehnt hatte, bezeugt seinen Consens zu diesem Contract, da Herzog Albrecht den Zehnten gekauft habe, 6. März (W. U. B. 628. Vat. Arch. 1843 S. 422), die Zeugen wie vorher. — Die von Gowische resignieren den Zehnten an Gotschalk 15. April (W. U. B. 633). — Erzb. Gerhard von Mainz consentiert Heiligenstadt 11. Mai (Vaterl. Arch. 1843 S. 424. W. U. B. 634). — Graf Ludwig v. Eberstein verzichtet auf alles etwaige Recht an diesem Zehnten 26. April 1305 (Vaterl. Arch. 1843 S. 429. W. U. B. 657). — Den Bestätigungsbrief von Albrechts Söhnen Otto, Magnus und Ernst 1327 22. Juli s. W. U. B. 852 und Scheidt, Adel S. 224, nachdem Herzog Otto eine Zeitlang die Rechte des Klosters angefochten hatte. W. U. B. 853. Scheidt, Anm. S. 447. Einen nochmaligen Consens des Herzogs Magnus und seines Sohnes Otto s. W. U. B. 856. Vaterl. Arch. 1843 S. 440. 1327. 1. Okt.; des Herzogs Ernst 1346, 30. Aug. Vaterl. Arch. 1843 S. 441. B. W. U. B. 907.

Nachdem das Kloster Walkenried 1525 im Bauernkriege verwüstet und der Abt mit den Mönchen nach Göttingen gezogen war, überließ dieser 1532 die Güter der Stadt und behielt sich nur die Hälfte der Erträge vor, so lange noch Ordenspersonen existierten. Diese Summe wurde 1554 auf 250 fl. à 20 Mg., 1568 auf 200 fl. fixiert. Die Stadt betrachtete nachher alles als ihr

Digitized by Google

*55. Giſeke Münter (Monetarius) verkauft an Kloſter Weende eine Hufe im Weende Felde. 1303. März 27.

[Kön. Archiv.]

Nos Johannes Bernhardi, Bertoldus de Wakene, Tilo Herewici, Conradus de Colle, Johannes de June, Conradus de June, Hermannus Dives, Johannes de Northunis, Hermannus de Grona, Conradus de Wolprechteshusen, Ludolfus Corvus, Henricus Reynekonis, consules in Gotingen, presentibus recognoscimus et testamur, quod Gyseco filius Gyseconis Monetarii, civis noster, cum consensu fratrum suorum Johannis et Heinrici et omnium quorum interest [1] vendidit domino preposito et ecclesie s. Nicolai in Wenede unum mansum situm in campo Wenede cum omnibus pertinentiis suis titulo proprietatis perpetuo quiete ac pacifice possidendum. In huius rei evidentiam presens scriptum nostri sigilli munimine roboramus. Datum a. D. MCCCIII, VI. Kal. Aprilis.

(Das Siegel iſt abgefallen.)

Eigenthum und gerieth darüber in einen Prozeß vor dem Reichskammergerichte mit dem Stiftsadminiſtrator Graf Ernſt v. Hohnſtein; 1592 wurde die Sache beigelegt, indem die Stadt die Güter als Erblehn erhielt (perpetua emphyteosi): ſie verzichtete auf 1000 Thlr., die ſie an das Stift zu fordern hatte, bezahlte 3300 Fürſtengulden an den Grafen, als jährlichen Canon und Pacht 150 Thlr. à 24 Gr. und alle 30 Jahre für Erneuerung 10 Goldfl. Als aber 1593 das Haus Hohnſtein ausſtarb und Herzog Heinrich Julius Walkenried in Beſitz nahm, auch den 10. Juli 1593 im Walkenrieder Hof zu Göttingen ſein Wappen anheften ließ, erhob ſich neuer Streit, der 1612 dahin beigelegt wurde, daß die Stadt für jährlich 300 Thlr. die Güter behielt. 1661 wurde die Summe auf 450, 1688 auf 500 Thlr. erhöht. 1688 verpfändeten die Herzöge von Wolfenbüttel, denen Walkenried ſeit 1671 gehörte, die Güter für 10,300 Thlr. an B. Fr. v. Kroſigk, in deſſen Vertrag 1692 die Stadt eintrat. 1712 ſchoß ſie weitere 7300 Thlr. darauf vor und als die Einlöſung angeboten wurde, kam 1745 den 23. Jan. ein Vertrag zu Stande, wonach die Stadt gegen Zahlung von weiteren 8000 Thlr. die Güter als Eigenthum erhielt. Es war der Zehnten von Göttingen und Roſtorf, der Zehnten zu Mengershauſen und Settmarshauſen, der Hof auf der kurzen Geismarſtraße mit 6 Hufen Landes, Schäferei und Erbenzins, ein Vorwerk in Roſtorf und 2 Thlr. Zinſen von einer wüſten Bauſtätte daſelbſt und der Stiftshof in Göttingen bei dem Paulinerkloſter ſammt zugehöriger Länderei und Garten.

[1]) Die Confirmation Gotſchalks v. Pleſſe als Lehnsherrn von 1/3 der Hufe erfolgte 1303 fer. V. nach Mariä Verkündigung.

Digitized by Google

***56. Hermann von Grone verkauft dem Kloſter Mariengarten ſeine Güter in Helwordeshauſen und Volkerode und verſpricht, ſobald das Kloſter es verlange, dieſe Güter dem Lehnsherrn zu reſignieren.**

1303. Juli 13.

[Kön. Archiv.]

Nos Johannes Bernhardi, Bertoldus de Wakene, Thilo Herewici, Conradus de June, Conradus de Colle, Johannes de June, Hermannus Dives, Johannes de Northunis, Conradus de Wolprechteshusen, Hermannus de Grona, Ludolphus Corvus, Henricus Reineconis, consules in Gotinghenne, recognoscimus in hiis scriptis, quod Hermannus de Grona cum consensu heredum suorum vendidit ecclesie et conventui b. Marie Virginis ad Hortum omnia bona sua sita in Helwordeshusen [1] et Volkarderode, que quondam fuerunt Ludeconis dicti Kisteneres [2], cum omni iure et fructu in villis, silvis, campis, pratis et pascuis attinente, ita videlicet, [quod] dictus Hermannus et sui heredes, quandocunque provisores dicte ecclesie requisierint, ipsis talia bona coram dominis et patronis talium bonorum resignabunt. Medio autem tempore, quo eadem bona resignari non requisierint, ipsa ad fidas manus dicte ecclesie in pheodo tenebunt ac legitime warandabunt. Ut autem hec predicta Hermannus et sui heredes rata teneant, ad hoc Henricus Longus, Druchtlevus frater suus et Hermannus sub Tilia, nostri concives, una manu compromittunt. In quorum testimonium nostre civitatis sigillum presentibus est appensum. Datum a. D. MCCCIII, in die Margarete virginis.

(Mit dem Siegel der Stadt.)

1) *Helwordeshusen*, auch *Helwardeshusen* iſt ſonſt wenig erwähnt. 1310 geben die v. Mengershauſen dem Kloſter $1\frac{1}{2}$ Hufen im Felde dieſes Dorfes *apud indaginem*.

2) 1318 Hieronymi bezeugt der Rath zu Göttingen, daß Hermann v. Grone mit Zuſtimmung ſeines Lehnsherrn Bertold Blendegans und deſſen Sohnes Heinrich dem Kloſter Mariengarten ſeinen Zehnten in Kiſternhagen verkauft hat (Mariengartner Urkunde, ſ. über die Güter in Kiſtnershagen auch Vaterl. Arch. 1826, II, S. 96 und 99 und Scheidt, Adel S. 26. 27).

Digitized by Google

57. Vertrag zwiſchen dem Hospital S. Spiritus und dem Rathe über den Erwerb liegender Gründe. 1303. Juli 16.

Abgedr. Z.- u. G.-Beſchr. III, S. 192. [Lib. cop. papyr. I.]

Nos provisores hospitalis s. Spiritus apud Gotingen universis, ad quod presens scriptum pervenerit, recognoscimus lucido protestantes, quod ex speciali gratia consulum et universitatis in Gotingen in quadam parte proprietatis et communitatis eorum habitatio dicti hospitalis liberaliter est constructa, propter quod nos ex parte dicti hospitalis arbitrati sumus per presentes, quod nec nos nec nostri successores, qui pro tempore fuerint eiusdem hospitalis provisores, debemus aut volumus mansos aut agros, domos aut areas in civitate Gotingen et extra et in campo eiusdem aliqualiter comparare, exceptis quinque mansis, quorum quatuor jam habemus et quintus ex parte domine Papenwolters dicto hospitali adhuc derivatur, et exceptis areis pertinentibus ad quinque mansos iam prefatos. Si vero aliquis mansus, ager, domus aut area in dictis locis sita hospitali donata fuerint propter Deum, hec ad iura civitatis digno pretio convertemus, nisi tunc de licentia consulum poterimus optinere. In quorum testimonium sigillo hospitalis signavimus presens scriptum. Datum a. D. millesimo trecentesimo tertio, in crastino divisionis apostolorum.

*58. Graf Bertold von Henneberg nimmt die Städte Göttingen, Münden und Nordheim in ſeinen Schutz. 1304. April 4.

[Stadt-Archiv 104.]

Nos Bertoldus Dei gratia comes in Hennenberch [1] omnibus presens scriptum intuentibus volumus esse notum, quod burgenses civitatum Ghotingen, Munden et Northem in nostram protectionem recepimus et tutelam, volentes ipsos tueri pre omnibus propter nos facere ac dimittere volentibus

1) Graf Bertold von Henneberg VII. (X), † 1340, war mit der Tochter des Landgrafen Heinrich von Heſſen vermählt, woher vielleicht die Beziehung zu den drei Städten rührt.

Digitized by Google

et in omnibus suis agendis tamquam nostros subditos, quantumcunque poterimus, fideliter promoventes. Hec igitur ab omnibus officialibus nostri districtus precipimus inviolabiliter observari. In huius rei et facti testimonium prefatis civitatibus presens scriptum dedimus nostri sigilli appendiculo roboratum. Datum a. D. MCCCIV, feria VI. in pascha.

(Siegel am Pergamentſtreifen, beſchädigt. Die Henne iſt noch zu ſehn; vgl. Schultes, Geſch. v. Henneberg II, Titelvign.)

***59. Das Predigerkloſter zu Göttingen verpflichtet ſich, ohne Zuſtimmung des Raths ſeine Behauſung nicht auszudehnen. 1304. Mai 25.**

[Stadt-Archiv 1143.]

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Nos frater Henricus prior, frater Helwicus supprior totusque conventus fratrum ordinis predicatorum domus Gotyngensis nunc existens et futurus universis hanc literam visuris volumus esse notum, quod dominis nostris consulibus in civitate nostra Gotyngen nunc regentibus et in posterum recturis obligamus nos in hiis scriptis, quod habitationem nostram sine eorum beneplacito et assensu nullatenus volumus nec debemus de cetero ampliare, quam obligationem successores nostri sicut nos inviolabiliter in perpetuum observabunt. In cuius obligationis stabilitatem sygilla nostra duximus presentibus apponenda. Datum a. D. MCCCIIII, octavo Kal. Junii.

(Mit zwei rothen Wachsſiegeln, das erſte des Convents zeigt zwei ſtehende Heilige, dazwiſchen ein Kreuz; das zweite des Priors Chriſtus mit dem Kreuz und zwei knieende Figuren.)

***60. Herzog Albrecht gibt den Müllern der Göttingiſchen Mühlen das Recht der Mahlmetze[1]. 1305. Jan. 21.**

[Stadt-Archiv 160, zwei Exemplare, das eine hat nur die beiden Schlußworte *et martiris* nicht.]

Nos Dei gratia Albertus dux in Bruneswic universis, ad quos presens scriptum pervenerit, volumus esse notum,

[1]) Eine Copie bemerkt:
No. metta que capitur de moldro est vicesima et una pars,

Digitized by Google

quod, accedente consensu nostrorum heredum, omnibus et singulis molendinariis ad quinque molendina[2] sita ante civitatem nostram Ghotingen pertinentibus hanc damus et concedimus gratiam, videlicet in recipiendo mensuram, que vulgariter *metta* appellatur, ita ut harum mettarum septem capiant in mensura duos modios secundum iura et conswetudines, quas temporibus nostrorum parentum ab antiquo et etiam hucusque nostris temporibus habuerunt, volentes, ne quis huiusmodi mensuram prius habitam in ipsorum molendinariorum gravamen et preiudicium in posterum attemptet vel presumat aliqualiter permutare. Ut autem predicta nostra concessio firma et stabilis perseveret perpetuo, damus eisdem presens scriptum appensione nostri sigilli firmiter communitum. Testes[3] huius facti sunt dominus Ludolphus nobilis de Hesnem, Ecbertus de Asseborch, Johannes de Uttessen, Bertrammus de Velthem, milites, aliique quam plures. Actum Wlflebutle a. D. MCCCV, in die b. Agnetis virginis et martiris.

(Mit dem großen schön erhaltenen Siegel an roth-gelber Schnur.)

ita videlicet, si moldrum dividatur in XXI partes, tunc una pars manet in molendino.

Von eynem molder nympt me in der molen 1 metten, der metten schullen 7 don 2 schepel, alsus maket 21 metten 1 molder. Der metten schal 1 bliven von 1 molder in der molen unde de metten hupet me. Von 1 schepel nympt me 1 mettenkop gehupet, der koppe schullen 6 maken 1 metten gehupet.

2) Die 5 Mühlen jener Zeit waren: die Weender Mühle, die Stockleſe-Mühle (jetzt die große), die Odilien-Mühle (jetzt die kleine), die Steinmühle und die Grabenmühle.

3) Das Privilegium der Mahlmetze beſtätigte Herzog Otto, Albrechts Sohn, 1317 25. Juni in einem faſt ganz übereinſtimmenden Documente. Zeugen: Graf Simon v. Daſſel, R. Heinr. v. Bovenden, R. Johann v. Roringen [Stadt-Archiv 184]. Beſtanden hat das Recht der Mahlmetze bis zum 18. Nov. 1858, wo ſie in Geld verwandelt wurde: dieſe Veränderung trat den 1. Mai 1859 in Kraft. Damals betrug die Mahlmetze nicht mehr $^1/_{21}$, ſondern $^1/_{16}$, für die Bäcker $^1/_{18}$.

Digitized by Google

*61. Friedland 1305. Mai 20. B

[Kön. Archiv.]

Conradus miles dictus Arnoldi, advocatus in Gotingen[1], Bruno et Conradus, fratres de Rusteberch, duos mansos et dimidium in campis villae Dimerden[2] et in Herdingerode[3], quos Thidericus Herewici piae memoriae et ipsius heredes, cives in Gotingen, in pheodum habuerant, praeposito et conventui in Hildewardeshusen conferunt cum omni iure et utilitate, ut memoria sua apud conventum in officiis divinorum conservetur. Testes: Freder. de Rostorph, Joh. de Rengelderod, Henr. de Stasforde, Ludolfus et Thider. de Stokhusen, milites; Tile et Heise fratres de Kerstelingerod, Gunzelinus, Udo et Johannes fratres de Grone, Alexander Advocatus, famuli et castellani in Fredelant et in Gemunden. Dat. in Fredelant, 1305, XIII. Kal. Junii.

62. Herzog Albrecht gestattet dem Kloster Walkenried 2 Höfe in Göttingen und 6 Hufen in der Feldmark zu erwerben, die er von allen Abgaben freispricht und verkauft für 60 *m*℔ 2 Hufen, die Hermann unter der Linde bisher zu Lehn hatte. 1305. Juli 1.

Abgedr. *Vaterl. Archiv 1843 S. 427. *Sudend. I, 186; im Auszuge *W. U. B. 662.

In nomine Domini Amen. Dei gratia nos Albertus dux de Brunswic presentibus recognoscimus et testamur, quod de pleno et libero consensu heredum nostrorum et omnium aliorum, quorum consensus iure, facto vel consuetudine fuerat requirendus, religiosis viris domino abbati et conventui mo-

[1]) Dieser Conrad Arnoldi genannte Vogt, aus dem Geschlechte der Rusteberg, erscheint mehrfach in Mariengartner Urkunden, 1308, 1317 und 1325 wird er als todt erwähnt: 1303 ohne weitere Bezeichnung als Zeuge Herzog Albrechts Scheidt, cod. dipl. S. 785, *advocatus* ohne *in Gotingen* in einer Hilwardshäuser von Friedland datierten Urkunde 1298.

[2]) In Diemarden zwischen Göttingen und Reinhausen hatte Hilwardshausen ziemlich viel Besitzungen, die jetzt der Klosterkammer gehören.

[3]) Herdingerode kömmt auch in einem ungedruckten Güterverzeichnisse des Klosters Reinhausen vor.

Digitized by Google

nasterii in Walkenriet concedimus liberam facultatem comparandi duas curias [1] in opido nostro Gothinghe, quocunque loco voluerint, et sex mansos in campis ibidem, quas et quos cum plena libertate absque omni contributione, exactione, vigiliis et omni civium iure perpetuo possidebunt, ita quod non liceat nobis, advocatis, sculthetis, civibus, bedellis et quibuslibet nostris hominibus aliquas angarias, perangarias, arestationes sive ocupationes in rebus seu personis eorundem facere nec quascunque alias violentias exercere. Volumus insuper, quod predicti religiosi habeant liberam facultatem omnem suam utilitatem in dicto opido ordinandi, annonam et res alias inducendi et quocunque et quandocunque voluerint, per suos vel alienos currus educendi, cervisiam braxandi et vendendi, araturam habendi, pecora per suum pastorem ad pascua minandi, elemosinas a quocunque oblatas mobiles et immobiles necnon hereditatem ex personis in eorum monasterio professis eos contingentem recipiendi, habendi, alienandi et, si voluerint, salvo iure nostro perpetuo possidendi et secundum suam voluntatem quecunque alia civilia opera exercendi, non obstante quocunque statuto nostro, advocatorum vel civium nostrorum nunc edito vel in posterum faciendo. Nec etiam curiarum et mansorum predictorum venditores, elemosinarum largitores, hereditatum traditores in commissum alicuius stastuti nostri seu civium nostrorum editi vel edendi incidant vel penam aliquam ex hoc incurrere valeant quoquo modo. Vendidimus insuper prefatis religiosis de consensu heredum nostrorum premissorum proprietatem duorum mansorum in campis Gothinghe sitorum, quos a nobis habuit in feudum Hermannus dictus sub Tilia, civis noster, pro quibus mansis et omnibus ac singulis libertatibus et concessionibus premissis prenominati religiosi sexaginta marcas puri argenti nobis integre persolverunt. Promittimus igitur per nos nostrosque heredes predictis religiosis omnia et singula suprascripta firma, rata et grata habere nec in aliquo con-

[1]) Der eine Hof lag an der Oſtſeite des Bibliotheksplatzes, der andere war der ſog. Schäferhof auf der kurzen Geismarſtraße.

Digitized by Google

tra facere vel venire de iure vel de facto aliqua ratione eosque de omnibus et singulis prenotatis, quandocunque et quotiescunque requisiti fuerimus, in iudicio et extra ab omni persona, collegio et universitate legitime defensare, auctorizare, expedire ac fideliter warandare. In cuius rei evidentiam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Acta sunt hec Uslarie presentibus Bertoldo de Hollaghen, prothonotario nostro, Johanne de Grona, Brunigho de Woldershusen, Johanne de Roringhe, Henrico dicto Horlemanno, Johanne de Herste, militibus nostris, et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad hoc vocatis pariter et rogatis. Datum a. D. millesimo CCC quinto, in octava b. Johannis baptiste.

*63. Herzog Albrecht bestätigt den Kaland und überläßt ihm die S. Georgs-Kapelle. 1305. Juli 25.

[Stadt-Archiv 63.]

In nomine Domini amen. Dei gratia Albertus dux in Bruneswic universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in Domino sempiternam. Quoniam memoria hominum labilis est et infirma, necesse est, ut ea, que aguntur, literarum et proborum virorum testimonio confirmentur. Hinc est, quod notum facimus universis presentibus et futuris videlicet, quod nos intuitu Dei ac piissime sue matris, accedente consensu omnium heredum nostrorum, capellam s. Georgii[1] sitam extra muros civitatis Ghotingen cum omni iure et attinentiis de consensu domini Wernheri, plebani ecclesie s. Albani[2] ibidem, damus fratribus Kalendarum apud Ghotingen[3] iure et titulo proprietatis quiete et pacifice perpetuo possidendam, ubi dicti fratres Kalendarum tribus vicibus quo-

1) Die S. Georgs-Capelle hat außerhalb der Stadt gelegen, aller Wahrscheinlichkeit nach auf der Stelle, wo jetzt der S. Albani-Kirchhof ist: 1330 wurde sie von S. Albani separiert, s. u. die betr. Urkunde.

2) Werner zu S. Albani 1305..30.

3) Der S. Georgs-Kaland, dessen erstes bedeutendes Vermächtniß vom Grafen Simon v. Dassel herrührte (s. 106, 1325), bestand bis zur Reformation, wurde nachher (1542) zum Besten der Schule eingezogen und schließlich mit der Kasse der milden Stiftungen vereinigt.

Digitized by Google

libet anno convenient ad memoriam omnium nostrorum parentum similiter et nostram omniumque nostrorum heredum, cum volente Domino debitum universe carnis exsolverimus, cum sollempnitate fideliter peragendam. Preterea predicti fratres ordinabunt, quod in dicta capella singulis diebus una missa pro vivis et defunctis celebretur. Si vero favente Domino dicti fratres de promotione nostra et aliorum tale receperint incrementum, quod in eodem loco canonia fieri possit vel debeat, nos et nostri heredes erimus collatores et donatores talium prebendarum. Si autem in receptione kanonie nobis et ipsis fratribus dicta mansio non competeret, extunc cum nostro consilio et auxilio ac ipsorum in predicta civitate Ghotingen vel extra aliam mansionem ordinabimus nobis et ipsis magis conpetentem. Insuper si ista premissa processum non haberent, ea tamen, que per nos in hiis facta sunt, nullatenus revocamus. In evidentiam omnium premissorum damus presens scriptum nostro sigillo firmiter roboratum. Actum a. D. MCCCV, in die b. Jacobi apostoli.

(Roth-gelbe Schnur: das Siegel ist abgerissen.)

***64. Der Provincial des Predigerordens in Sachsen bestätigt den Vertrag zwischen Rath und Predigerkloster, daß Grund und Boden des Klosters nicht erweitert werden solle. 1305. Sept. 11.**

[Stadt-Archiv 1312.]

Honorabilibus viris et discretis dominis consulibus civitatis Gotingen. frater Ekhardus [1], fratrum ordinis predicatorum per provinciam Saxonie prior provincialis humilis, inter varios mundi cursus illesos in Domino conservari. Promissionem vobis factam [2] a karissimis michi fratribus, priore et conventu fratrum ordinis nostri, in civitate vestra degentibus, super eo videlicet, quod sine vestra voluntate et assensu suam aream

[1]) Heinrich Ekhard war der erste Provincial der von Teutonia 1303 getrennten Provinz Saxonia, s. Rein, Dominikanerkloster in Eisenach S. 5, Anm. 9, bedeutend als Prediger, ebd. S. 6, Anm. 14.
[2]) s. 59 (1304).

Digitized by Google

ultra quam nunc extenditur, dilatare non debeant, ratifico et confirmo. In cuius rei memoriam sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Rodstok a. D. MCCCV, III. Idus Septembris.

(Rothes Siegel, faſt ganz zerſtört.)

***65. Herzog Albrecht ſchenkt dem S. Georgs-Kaland vier Hufen Landes in Bruningshagen. 1305. Sept. 8.**

Abgedr. Z.- u. G.-Beſchr. III, S. 41. [Stadt-Archiv.]

Nos Dei gratia Albertus dux in Brunsvick universis presens scriptum visuris et audituris recognoscimus ac presentibus publice protestamur, quod ob honorem Dei ac reverentiam piissime [1] sue matris damus cum consensu Ottonis filii nostri ac aliorum nostrorum heredum pro salutari remedio animarum nostre ac nostrorum parentum ad capellam s. Georgii sitam extra muros civitatis Ghotingen et fratribus Kalendarum ibidem quatuor mansos nostre proprietatis sitos in campo ville Bruningeshagen [2] cum omnibus suis attinentiis quiete ac pacifice perpetuo possidendos, ut divinum officium in eadem capella a dictis fratribus eo sollemnius et frequentius peragatur. In cuius nostre donationis testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum a. D. MCCC quinto, in die nativitatis s. Marie virginis illibate.

66. 1306. Febr. 8. R

Abgedr. *W. U. B. 671. R

Henricus comes de Glichen*[1] Johanni dicto Bernardi et Heysoni fratribus, civibus in Gothinge, notum facit, se tres mansos in campis Gothinge, quos illi ab eo iure feudali tenebant, ecclesiae Walkenredensi vendidisse, quamobrem

1) Der Abdruck in der Z.- u. G.-Beſchr. lieſt *Pussinge sue matris!*
2) Bruningeshagen ſcheint nirgends ſonſt vorzukommen.
*1) Die Verkaufsurkunde von demſelben Datum ſ. W. U. B. 670; wonach Heinr. v. Gleichen und ſeine Vorfahren dieſe Hufe, *goldne Hufe* genannt, vom Reich zu Lehn tragen.

Digitized by Google

eos rogat, quatenus a monasterio ius feudale recipiant eique homagium, familiaritatem et fidelitatem faciant. Testes: Dithmarus abbas in Volkolderot, Theodericus de Wechmar, Guntherus de Konigisse, milites et castellani in Glichen. 1306, VI. Id. Febr.

***67. Johann Bernhardi verkauft an Kloster Weende alle seine Besitzungen in Reinoldshausen und das Helleholz[1]. 1306. März 1.**

[Kön. Archiv.]

Nos Heydenricus Ysenboldi, Hildebrandus Longus, Heyso Bernhardi, Bertoldus Herewici, Hermannus Ruffi, Olricus de Heyligenstad, Henricus Longus, Eckehardus de Scedhen, Lampertus Gerbodonis, Albertus de Geysmaria, Conradus Uncus, Bertrammus de Wakene, consules in Gotinghe, tenore presentium publice recognoscimus et testamur, quod Johannes Bernhardi, civis noster, una cum consensu expresso et libera voluntate uxoris sue Lucie et liberorum suorum, Johannis, Heysonis et Conradi filiorum, Jutte, Megehildis et Elizabet filiarum, et omnium quorum interest vel poterit interesse, vendidit domino Conrado preposito[2] et conventui sanctimonialium in Wenedhe ordinis s. Augustini omnia bona sua in campo Reynoldesushen[3] sita tam propria quam pheudalia, videlicet quinque mansos cultos et numero agrorum completos et curiam cum molendino ibidem et pratum situm iuxta Laynam versus villam Rostorph et decimam de quatuor mansis, qui antea fuerunt ecclesie predicte, et silvam, que *Helleholt*[4] volgariter nuncupatur, cum omni iure, utilitate et

1) Als Lehnsherrn consentieren die Brüder Heinrich und Luppold, Vicedomini von Rusteberg, 1306 feria V. in die Scholasticae, die den Zehnten von Mainz zu Lehn hatten. — Den Consens der Elisabeth Bernhardi, Nonne in Fredelsloh, bezeugt Propst Bertold, sequenti die Gertrudis 1306; den Consens der Megehildis und ihres Mannes Joh. v. Pölde, Bürgers in Osterode, der Propst Eberhard in Osterode, Sonntag nach Mathiae 1306.

2) Propst Conrad 1302..15, in einer Pölder Urk. noch 1318 erwähnt, obgleich sein Nachfolger Hildebrand schon 1317 vorzukommen scheint.

3) *Reynoldeshusen* = Reinshof, s. N. 19.

4) Das Helleholz, am linken Ufer der Garte, westlich von Diemarden.

Digitized by Google

usufructu quolibet et pertinentiis aliis universis extra et infra campum Reynoldesushen, pascuis, pratis et nemoribus, cultis pariter et colendis. Prefatus vero Johannes Bernhardi, uxor sua Lucia et liberi eorundem prenotati renuntiaverunt bona simpliciter, voluntarie et sine condicione qualibet omni iuris beneficio et actioni, quod vel que ipsis unquam quomodolibet conpetere posset contra bona predicta adversus ecclesiam prenotatam, obligantes se ad warandiam debitam, cum necesse fuerit, loco et tempore faciendam. In cuius rei evidentiam et observantiam firmiorem sigillum nostre civitatis apposuimus huic scripto. Datum a. D. MCCCVI, Kal. Marcii.

(Mit dem Siegel der Stadt.)

68. Herzog Otto, Albrechts Sohn, bestätigt den S. Georgs-Kaland. 1306. Juli 25.

[Copie Saec. XVI. Suppl. lib. cop.]

Dei gratia nos Otto iunior dux in Brunswick recognoscimus tenore presentium publice et ad universorum notitiam cupimus pervenire, quod ea, que illustris princeps dominus Albertus dux in Brunswick, dominus et pater noster dilectus, in donatione capelle s. Georgii prope civitatem Gottingen fratribus Kalendarum ibidem fecit, rata habere volumus et secundum continentiam literarum dicti domini patris nostri ipsis fratibus datarum presentibus ratificamus, volentes dictos fratres in iure et attinentiis dicte capelle, videlicet in curia ipsi capelle adiacente et oblationibus altaris eiusdem ceterisque iuribus ad dictos fratres Kalendarum pertinentibus contra quoscunque defendere et tueri. In cuius testimonium dedimus ipsis presentem literam nostro sigillo communitam. Actum et datum Gotingen a. D. millesimo trecentesimo sexto, in die b. Jacobi apostoli.

Digitized by Google

*69. Vereinigung zwiſchen den Predigermönchen und den Barfüßern[1] über die Zeit des Predigens. 1308. Sept. 3.

[Stadt-Archiv 1453.]

Anno D. MCCCVIII, feria III. proxima ante festum nativitatis Virginis gloriose hec ordinatio facta est in Gutthyngen inter fratres predicatores et fratres minores. Patroni fratrum predicatorum sunt, in quibus predicabunt, scilicet festa s. Crucis, Petri et Pauli principale festum tantum et per octavam, militum[2] et festum dedicationis per octavam. Item in festis ordinis, scilicet b. Dominici, Petri martiris et Augustini. Contra ista festa habebunt fratres minores alia festa, scilicet pro festis s. Crucis habebunt utrumque festum Johannis ewangeliste, pro festo Petri et Pauli habebunt festum assumptionis Virginis gloriose et per octavas, pro militibus habebunt festum Georgii. Item pro festis ordinis predicatorum habebunt festa ordinis sui, scilicet b. Francisci, Anthonii et s. Clare, ita quod festum Dominici et Francisci et festum dedicationis utrobique sint per octavas. Item stationes ebdomadarum alternabunt per totum annum in festis et diebus dominicis, nisi quando occurrunt festa superius memorata. Item in festis natalis Domini, pasche, pentecostes et per ebdomadas alternabunt dies et prima dies erit illorum, quorum est ebdomada. In die parasceues mane predicabunt, quorum est ebdomada, alii in vespere. Item in quadragesima, quorum est ebdomada, predicent, quotiescunque volunt. Item utrique fratres invitati a plebanis possunt predicare de mane, non obstante quorumcunque fuerit septimana. Item in

[1] Das Barfüßerkloſter, deſſen Gründung in das Ende des 13. Jhrh. fällt, lag an der Weſt- und Südweſtſeite des jetzigen Wilhelmsplatzes und wurde 1531 aufgehoben. Die Ausdehnung betrug von O. nach W. 309, von N. nach S. 252 Fuß. Die Kirche (160' lang, 47' breit) war allmählich baufällig geworden und wurde 1820/1 abgebrochen, bei welcher Gelegenheit mehrere Grabmäler der fürſtlichen Familie gefunden wurden (Vaterl. Arch. 1822, I, S. 320), namentlich das des 1303 geſtorbnen Prinzen Bruno, eines Sohns von Herzog Albrecht. Nach Aufhebung des Kloſters wurde die Kirche als Zeug- und Vorrathshaus der Stadt benutzt, die Böden an Privatleute vermiethet.

[2] Der Tag der Ritter wird wohl der 22. Juni (Achatius et 10,000 martires) ſein.

Digitized by Google

festo annuntiationis Virginis gloriose, sive anticipetur sive preposteretur, illi tamen habebunt stationes eiusdem festi, in quorum ebdomada ipsum festum occurrit secundum marti[ro]logium, et alii non habebunt. In aliis vero duobus festis Virginis gloriose illi predicent, quorum fuerit septimana. Hec tota ordinatio intelligi debet quantum ad stationes de cetero observandas.

(Das beschädigte Siegel zeigt den Löwen von S. Marcus.)

*70. Herzog Albrecht überläßt das Dorf Delbechtshusen den Dörfern Burggrone, Altengrone und Elliehausen. 1309. Febr. 14.

[Stadt-Archiv 271.]

Dei gratia nos Albertus dux in Bruneswic recognoscimus lucide per presentes, quod accedente consensu omnium heredum nostrorum villam in Delbechteshusen[1] cum omnibus suis usufructibus tam in silvis quam in campis iuste attinentibus dimisimus villis Borchgrone, Oldengrone et Elligehusen[2] ceterisque villis in predicta villa *achtwort* habentibus eo iure, quo antiquitus habuerunt, quiete et libere perpetuo possidendam, ita etiam ut nullam villam novam ibidem de cetero fieri vel innovari procuremus, volentes nichilominus hec predicta per nos facta a nostris successoribus et officialibus inviolabiliter observari. In quorum testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum et actum Wlfleb. a. D. MCCCIX, in die b. Valentini martiris.

(Mit dem großen Siegel.)

1) *Delbechtshusen* ist nicht das öfters dafür angesehene Deppoldshausen (Vorwerk von Klostergut Weende), sondern hat auf dem linken Leineufer gelegen. Es war wüste geworden und die drei Dörfer hatten sich in Holz und Feld getheilt. Weil aber solche Besitzergreifungen cessieren, sobald das Dorf wieder aufgebaut wird, verspricht der Herzog, daß D. wüste bleiben soll. Es findet sich übrigens auch keine Spur von einem Besitz jener Dörfer in Deppoldshausen.

2) *Elligehusen*, jetzt Elliehausen, nordwestlich von Grone.

Digitized by Google

*71. **Jutta, Witwe von Hermann Reiche, verzichtet auf alle Ansprüche an den Viertelzehnten in Weende. 1309. Oct. 9.**

[Kön. Archiv.]

Nos Bertoldus de Wakene, Conradus de Colle, Johannes de Northunis, Henricus de June, Godeco Passer, Hermannus de Grona, Bernhardus de Herste, Johannes de Wolprechteshusen, Wernherus Ruffus, Giseco Hildebrandi, Heyso Corvus et Henricus de Moringen, consules in Ghotingen, recognoscimus protestantes, quod domina Jutta, relicta quondam Hermanni Divitis, renuntiavit omni actioni et iuri, si quod habere poterat, ratione dotalitii sibi a predicto Hermanno marito suo assignati in quarta parte decime in Wende iuste et voluntarie coram nobis. In quorum testimonium sigillum nostre civitatis presentibus est appensum. Datum a. D. MCCCIX, in die b. Dyonisii.

(Das Siegel ist abgefallen.)

72. **Vermächtniß der Alheid v. Payen zu Gunsten der Kirchen und Klöster, insbesondere des Barfüßerklosters. 1311. Febr. 6.**

[Copie Saec. XV. Lib. cop. pap. I.]

Nos Rixa[1] Dei gratia ducissa in Brunswigk et consules civitatis Gottingensis recognoscimus publice protestantes, quod domina Alheydis dicta de Payen emit a Hildebrando de Boventen domum et curiam in ruffa platea[2] sitam, cuius curie dicta domina Alheydis pro salute et remedio anime sue dedit partem unam, adiacentem curie fratrum minorum et extendentem se ad cameram lapideam, que quondam fuerat Johannis Divitis, eisdem fratribus minoribus post mortem ipsius ad usum et commodum dictorum fratrum perpetuo possidendam. Spatium tamen sex pedum ab alia parte predicte curie mensuratum ad domum prefatam continue permanebit, quod spatium cum eadem domo prenotata post mortem premeditate domine Alheydis ad ius civitatis nostre Gotingen pro digno

1) Rixa, Gemahlin Herzog Albrechts, sie starb vor dem 26. April 1317 (Urk.).
2) *Ruffa platea*, die Rodenstraße (rothe Straße).

Digitized by Google

pretio vendi debet et de pecunia abinde proveniente dabitur ad edificium ecclesie s. Johannis due marce, item predicatoribus una marca, item ad hospitale s. Spiritus unus ferto, ad ecclesiam s. Marie unus ferto, ad S. Nycolaum unus ferto, ad S. Albanum unus ferto, item ad S. Jacobum una marca, infirmis extra civitatem[3] unus ferto, item dominabus monialibus in Wende una marca, Wicbernshusen una marca, Hukelheym dimidia marca, Katelenborch dimidia marca, Fredesle unus ferto, ad Ortum s. Marie dimidia marca, et quod superest, dabitur fratribus minoribus, ut diem obitus dicte domine Alheydis in anniversario ipsius peragant sollempniter et devote. In premissorum igitur testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum a. D. MCCCXI, sabbato ante dominicam Circumdederunt.

***73. Kunemund v. Hillerode söhnt sich mit dem Rathe und der Stadt aus, als diese sein Haus in Wake zerstört haben. 1312. Dec. 1.**

Abgedr. Z.- u. G.-Beschr. I, S. 70. [Stadt-Archiv 172.]

Ego Konemundus dictus de Hyllickerode presentibus recognosco et omnibus hanc litteram visuris et audituris cupio fore notum, quod omni cause seu actioni, quam habui vel habere potui adversus consules civitatis in Gothingen et totam universitatem ibidem necnon speciales et privatas personas quascunque civitatis eiusdem, quibuscunque nominibus nuncupentur, super destructione unius domus mee in villa Wakene et aliis rebus meis michi ablatis etiam quibuscunque pro me et pro Margareta matre mea renuntiavi plenarie, simpliciter et in toto, promittens et me obligans pro ipsa matre mea et omnibus pro me facere et dimittere volentibus, quod consules, universitatem vel aliquas personas nominatim super premissis civitatis predicte in iudicio ecclesiastico vel seculari nunquam debent impetere quovis modo. In cuius renuntiationis et obligationis evidentiam pleniorem presentem

3) Das Hospital S. Bartholomaei vor dem Weender Thor, wonach der Kirchhof bis auf den heutigen Tag noch genannt wird.

Digitized by Google

litteram consulibus, burgensibus et toti universitati civitatis in Gothingen predicte dedi sub sigillo prepositure Northunensis firmiter communitam. Et nos Al. [1], officialis prepositure predicte, nostrum sigillum ad preces dicti Konemundi presentibus duximus apponendum. Testes huius sunt Johannes plebanus ecclesie s. Marie nove civitatis extra muros Gothingen, Ber. plebanus ecclesie s. Johannis in Gothingen, Hugo plebanus in Wakene, Ludolfus rector scolarum in Gothingen et alii quam plures fide digni. Datum Gothingen, per manum publicam a. D. MCCCXII, in crastino b. Andree apostoli.

(Mit dem Official-Siegel.)

*74. Tile und Haus von Grone verzichten auf ihre Ansprüche an die Marsch. 1313. Febr. 1.

[Stadt-Archiv 414.]

We Thile riddere, Johan sines broder sone knecht, van Grone gheheten, bekennet oppenbare an dussen breve, dat we unde use erven mit der stat to Ghotingen os vruntliken verenet hebbet, ef we icht rechtes eder ansprake hadden ieghen den rat der sulven stat umme dat lant, dat binnen oreme mersche begraven lit, dat we unde use erven des ene rechte verticht dot, unde uppe dat dusse verticht van os unde van unsen erven ghehalden werde stede unde vast, so beseghele we dussen bref mit unser beyder ingheseghele. Dit is geschen na ghodes bort dusent druhundert unde dritteyn iar, in user Vruwen avende to lechtmissen.

(Zwei dreieckige Siegel mit den Rauten, an rothen Schnüren.)

75. 1313. Juli 15. ℞

Abgedr. *℞ W. U. B. 737.

Consules notum faciunt, quod Conradus, filius quondam Johannis Bernhardi, de consensu matris, fratrum et sororum

[1]) Der Official Albrecht kömmt urkundlich vor 1305..19, Johann zu S. Mariae auch 1318..1323, Bertold, auch Capellan des Herzogs, 1312..30, Ludolf *rector scolarum* 1312..39, 1345 *olim rector scolarum.*

Digitized by Google

duos mansos in campis Gothingen cum pertinentiis, quae vulgo *achtcorth* nuncupantur, monasterio in Walkenried pro nonaginta marcis puri argenti vendidit. Testes: Mag. Albertus officialis praepos. Nortunensis, Bertoldus plebanus s. Johannis, Rychelmus de June etc. concives. 1313, Id. Jul.

76. Das Barfüßerkloſter erwirbt Haus und Hof in Nörten und verpflichtet ſich dieſe Beſitzung nicht zu erweitern. 1313. Juli 26.

Abgedr. Wolf, archidiac. Nortun. XVI.

Nos fratres minores domus Gottingensis tenore presentium recognoscimus et publice protestamur, quod nos de consensu et beneplacito reverendi ac strenui militis domini Hildebrandi [1], officialis venerabilis patris ac domini Moguntinensis archiepiscopi, quandam aream cum eius domicilio in villa Nortenen pro marcis duabus minus uno lotone comparavimus hac de causa, quod fratres de via venientes ibidem quietem corporis habeant et commodum, prout interesse et expediens fuerit, consequantur: quam quidem aream pro claustro ibi construendo non intendimus ampliare nec in aliqua parte prefate ville locum aliquem seu aream ad talem usum proponimus comparare, adiicientes quoque premissis, quod si in posterum pretaxato domino archiepiscopo scilicet seu eius officiali pro tempore existenti emptio huius [aree] displiceret, renuntiabimus emptioni predicte aree, pecunia, quam pro ipsa exposuimus, et expensis edificationis domicilii circiter duas marcas factis nobis integraliter restitutis. Datum a. D. MCCCXIII, VII. Kal. Augusti.

[1]) Hildebrand v. Hardenberg erhält 1303 Nörten als Pfand von Erzb. Gerhard v. Mainz (Wolf, Hardenb. I, XXIX) für 500 mk und wird Mitamtmann zum Hardenberg (ibid. XXX) neben Friedrich v. Roſtorf.

Digitized by Google

77. Herzog Otto, Albrechts Sohn, bestätigt die Uebereinkunft zwischen dem Rathe zu Göttingen und Kloster Walkenried. 1314. Aug. 12.

Abgedr. *Vaterl. Arch. 1843 S. 437. Scheidt, Adel CXCVIIIc. *B W. U. B. 747.

Dei gratia nos Otto iunior dux in Brunesw. recognoscimus omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, publice protestando, quod tam ex parte domini ac patris nostri ducis Alberti quam nostra omnia, que religiosi viri abbas et conventus in Walkenrede ordinis Cyster. placitaverunt et ordinaverunt pro sua utilitate cum consulibus civitatis Gotingen, volumus grata et rata inviolabiliter observare, adicientes, quod personas et bona dicti conventus volumus circumscriptis impedimentis gratiosa tuitione ubilibet promovere loco et tempore oportunis ideoque prohibemus inhybendo per presentes omnibus nostris officiatis, videlicet advocatis, scultetis ac ipsis adherentibus, ne sepefatum conventum personis vel rebus angariando, petendo molestant aliqualiter seu offendant, volentes hec per nos et per nostros officiatos predictos pro tempore existentes inviolabiliter observari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum a. D. MCCCXIIII, feria II. proxima post Laurentii martiris.

78. 1315. Juni 18. B

Abgedr. *B W. U. B. 754.

Heyso Bernhardi sacerdos et Hellembertus, provisores hospitalis s. Spiritus extra muros Gotingen, cum consensu consulum dictae civitatis medietatem silvae dicti[1] hospitalis, sitae inter villas Sydageshusen[2] et Sehtmanneshusen, conventui in Walkenrede vendunt. Testes: Henricus Reyneconis et magister Ludolfus, rector scolarum civitatis Gotingen. 1315, fer. IV. post Viti et Modesti.

[1]) So ist wol zu lesen statt *dictae*.
[2]) *Sydageshusen* = Siedershausen, Wüstung südlich von Mengershausen.
[3]) *Sehtmanneshusen* = Settmarshausen.

Digitized by Google

*79. 1316. Febr. 19. B

[Stadt-Archiv 330.]

Luderus abbas in Walkenrede et conventus ibidem convenerunt cum consulibus in Gotingen [1] in hunc modum, quod cives eos libere dederunt ab omni contributione, exactione, vigiliis et aliis civitatis iuribus et statutis. In quorum recompensationem abbas et conventus triginta et tres marcas dederunt nec intra muros civitatis domos nec areas et in campis nec mansos nec agros nec prata possidere debent, dumtaxat domo et area, quam iam intra muros possident, quam etiam usque ad plateam versus molendinam portam [2] ampliare possunt, et domo et area, quam extra muros habent et quam de consulum consilio in aliam magis competentem et habilem commutare possunt, exceptis, etiam sex mansis, quorum unum in monte et quinque in vallibus habebunt, exceptis. Si aliquis de civibus aliquid de rebus suis immobilibus conventui dare vult vel legare, hoc cum consensu heredum fieri debet, sed infra annum vendere debet conventus et medio tempore tenetur ad iura, quae de talibus bonis civitati competunt. Si post annum vendita non fuerint, consules ad usus conventus vendent. Si controversia inter conventum et civem aliquem orta fuerit, debet consulibus intimari, qui infra tres menses litem ad concordiam revocabunt: alioquin ius conventus persequi poterit coram iudice competenti. Si consules evectiones annonae et cibariorum inhibuerint vel etiam venditionem annonae sub deputato pretio vendi statuerint, debet observari, sed ad claustra et allodia ordinis educi potest. Sedecim vaccas et quatuor uncias porcorum in curiis haberi possunt cum tot ovibus, quot civis sex mansos habens in pascuis enutrire debet et potest. 1316, feria V. post dominicam, qua cantatur *Exurge quare obdormis Domine*, proxima.

(Mit dem Siegel des Abts in rothem Wachs.)

1) Die entsprechende Urkunde des Raths s. W. U. B. 759.
2) Mühlenthor und Mühlenthorstraße führten auf die jetzige Allee.

Digitized by Google

80. Tile und Johann v. Grone ſchenken S. Spiritus 1½ Hufen in Altengrone, die Heiſe Bernhardi zu Lehn gehabt hat. 1316. Mai 13.

[*Lippoldsberger Copialbuch des hiſtor. Vereins in Caſſel.]

Nos Thilo miles et Johannes famulus, fratruelis eiusdem, dicti de Grona, omnibus visuris et audituris presentia cupimus fore notum et presentibus lucide protestamur, quod de bono consensu omnium heredum nostrorum, quorum iuste interest aut interesse potest, pure propter Deum et pro remedio animarum nostrarum proprietavimus et titulo proprietatis donavimus hospitali s. Spiritus extra muros Ghotingen unum mansum cum dimidio terre arabilis situm in campo Veteris Grona cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, quem quidem mansum cum dimidio dominus Hedenricus Bernhardi cum suis fratruelibus a nobis tenuit titulo pheodali, volentes esse veri warandii huius proprietationis, ubi, quando et quotiens a provisoribus predicti hospitalis fuerimus requisiti, ad quod nos et heredes nostros sub datione fidei obligamus. Testes huius sunt Giseco Longi, Henricus et Conradus fratres de June, Hermannus Advocatisse, Conradus Huncus, cives Ghotingen., et quam plures alii fide digni. In premissorum igitur testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum a. D. MCCCXVI, in die b. Servatii episcopi.

(Dietrichs Siegel mit Rauten; Johanns Siegel mit Helm.)

81. Aus den älteſten Statuten der Bäckergilde. 1316.

[Liber statutorum: der betreffende Paſſus iſt 1341 geſchrieben.]

A. D. MCCCXVI hii fuerunt consules in Gotingen: Conr. de June, Johannes de Colle, Hinr. Reynekonis, Her. Ruffus, Her. Conemundi, Syffridus Episcopi, Her. Corvi, Hinr. de Dymerden, Godescalkus apud Fontem, Eckehardus Feniscarius, Tylo Monetarius et Tilo de Northene. Predicti consules statuerunt et in hoc consenserunt, quod panis recens et calidus in macellis non debet vendi, nisi hoc licentient magistri pistorum. Item statuerunt, quod sabbato immediate

Digitized by Google

post forum plus pistari non debet neque in nocte dominicali, nisi hoc iterum fieri licentient magistri pistorum. Notandum quod istud premissum sic statutum est, quod nullus pistorum in secundis feriis panem recentem vendere debeat quovis modo. Item notandum, quod de domo pistorum[1] dabitur annuatim iste census, qui dicitur vulgariter *tyns*, videlicet IV denarii et V solidi levium denariorum et iste census ita statutus et estimatus est de consensu illius, qui tunc censum sustulit, et de consensu omnium, quorum interfuit. Isti subscripti sunt, quorum gilde sunt delete: Thiderici Howange, Jutte matris Hanselmi, Johannis Ceci, Bertoldi de Boventhem, Johannis Boni, Johannis de Crebeke, Bertrammi Militis, Henrici de Bordal, Boden de Wenden, filie Thiderici apud Stupam, Hinrici Bok, Hermanni Windelken, Harmanni Luders, Hinrici Dapiferi, Bruningi Henkelonis una, Dylle super Turri, Bertoldi de Swickowe. Notandum: magistri pistorum Hinricus Bodonis et Conradus Pippup statuerunt, quandocunque gylda cuiusdam defuncti esset assignanda quibusdam, quod illa nullis nisi proximioribus heredibus deberet assignari, si plures essent heredes. Si autem non, quod tunc conferretur uni soli. Item magistri pistorum predicti dederunt Ecberto Crusen unam marcam pro loco, quem habuit in domo panis. Item iidem magistri pistorum redimerunt locum Jo. de Northunis pro una marca, quem habuit in domo panis. Item prescripti magistri dederunt Johanni Stokelevi quinque marcas cum pensione, quas habuit in domo panis. Item dederunt filiis Dykers unam marcam pro loco, quem habuerunt in domo panis. Item Thiderico Sexte Ferie[2] dederunt in

1) Das Brothaus wurde 1325 am Markte neuaufgebaut: Johann Dikere und Joh. v. Billingeshusen waren *magistri pistorum*. Zum Bau dieses Hauses gaben die meisten Bäcker je 1 *mk* und brauchten bis zur Rückzahlung kein Standgeld zu bezahlen, was die thun mußten, die da Brot feil hielten, ohne Beiträge zum Bau gegeben zu haben. Die Zahl jener ist: 42, die im liber statutorum bei Namen aufgeführt werden. Das Haus stand auf der Südseite des Marktes, nahe bei dem Schubhofe (s. Urk. N. 4) also bei der jetzigen Universitätsapotheke. Vor dem Brothause wurde 1529 von Hüventhal gepredigt (Z.- u. G.-Beschr. III, S. 342).

2) zu deutsch *Freitag*.

Digitized by Google

tantum pro loco suo. Item magistri memorati dederunt Helmoldo de Gelingehusen quinque marcas, quas habuit in domo panis cum pensione.

82. Avignon (1317) Okt. 3. B

Abgedr. *W. U. B. 779.

Johannes papa XXII.[1] abbati monasterii Montis s. Petri in Erfordia mandat, ut, quum de Rostorp et de Gotingen ecclesiarum rectores novalium decimas in parochiis suis impedire praesumant in praeiudicium abbatis et conventus in Walkenriet, causam audiat et decidat. Avinione, V. Non. Octobr., pontif. a. II.

*83. Herzog Otto (1318—44) bestätigt den Vertrag seines Vaters über die von der Stadt an Graf Otto von Waldeck jährlich zu bezahlenden 60 mk. 1318. Okt. 7.

[Stadt-Archiv 15.]

Von godes gnaden we Otte hertzoghe tzo Brunswic unde we rechten erven hertzogen Albrechtes tzo Brunswic, we willekoret an dusseme breve, dat we den bref, den unse leven borgere von Gotingen beholden hebbet von unseme heren unseme vadere, hertzogen Albrechte, de hirvore ghenant is, unde von unser moder unser vrowen vern Rixzen, der hertzoginnen tzo Brunswic, den got ghenedich si, we on stede unde vast holden scolen unde willen, de von worde tzo worde hirna bescreven steyt:

Von godes gnaden we Albrecht hertzoghe etc.*[1] .....

Unde uppe daht dusse rede, de hir bescreven is, stede unde vast blive, so besegele we hertzoge Otte dussen bref mit unseme inghesegele unde we vorghenanten rechten erven hertzogen Albrechtes bruket des silven inghesegeles an dusseme breve. Hirover sint ghewesen tzo thughe de edele

[1]) Johann XXII. 7. Aug. 1316—24. Mai 1331.
*[1]) Es folgt dann der Transsumpt von N. 53. 1303. 4. März.

Digitized by Google

man greve Symon von Dasle, her Eckebrecht von der Asseburch, her Henric von Boventen, her Johan von Rorungen, de riddere, unde andere vrome lude. Dit is gheschen an deme iare, do man zalte von godes borht dusent druhundert unde achteyn iar, an deme sunavende in der mentweken.

(Das große Siegel an roth-grüner Schnur.)

***84. Herzog Otto bedroht mit Verbannung alle, die ohne Grund das Land verlassen und sich den Feinden seiner Unterthanen anschließen[1]. 1318. Oct. 18.**

[Stadt-Archiv 269.]

Dei gratia Otto dux in Brunswic ceterique veri heredes illustris principis domini ducis Alberti in Brunswic notum facimus universis presentibus et futuris presentem literam inspecturis, quod de maturo consilio nobilium, ministerialium, burgensium totius terre nostre statutum, quamdiu vixerimus, observandum promulgavimus in hunc modum; tale videlicet, ut, quicunque terre iam dicte indygena, incola sive inhabitator fuerit et sine evidenti et rationabili causa a nobis et a terra sepedicta recesserit et in nostrum preiudicium et gravamen nobilium, ministerialium, burgensium inimicis adheserit, sciat, se privatum esse omni spe ad terram redeundi et nobiscum commorandi, quamdiu vixerimus et fuerimus sane mentis. Promittimus insuper et presenti privilegio confirmamus, quod nulla petitio cuiuscunque hominis sive pecunia quantumcumque magna nos movere vel flectere poterit, ut hoc statutum, quod a tot sapientibus et tam provide inventum est, aliquatenus inmutemus. In cuius rei testimonium presentem literam sigilli nostri munimine roboramus. Datum et actum a. D. MCCCXVIII, in die b. Luce ewangeliste.

(Das große Siegel an roth-grüner Schnur.)

[1]) S. 25 (1285).

Digitized by Google

85. Herzog Otto schenkt dem Hause des deutschen Ordens[1] in Göttingen einen Theil der Neustadt und gestattet das Haus zu ummauern[2].
1318. Dec. 5.

Abgedr. Z.- u. G.-Beschr. III, S. 71. [Copie auf der Kön. Univ. Bibl.]

In nomine Domini amen. Dei gratia Otto dux de Brunsvic omnibus in perpetuum. Ut maior fides adhibeatur negotiis gestis, expedit scripturam fieri, que testimonium continet veritatis. Hinc est, quod cum consensu omnium heredum nostrorum, quorum interest, ob honorem Dei et gloriose virginis Marie, eius genitricis, et ob remedium animarum nostrorum [parentum] donavimus provinciali Saxonie ordinis domus Teutonice et ipsi ordini viam et semitam, que ducit ad curiam eorum sitam in nova civitate nostra Gottingen usque ad aquam, que Leina dicitur, et spatium domorum omnium dicte vie et semite in australi parte usque ad stratam nostram publicam et aquam predictam adiacentium cum omni iure, sicut dominus pater noster pie memorie possedit et nos post ipsum hactenus possedimus, iusto proprietatis titulo libere et perpetuo possidendam, volentes cum hoc, ut homines in domibus, in dicto spatio sitis, morantes cum omni iure in censu annuo, exactionibus, precariis, collectis et iudiciis, quibus nobis hactenus astricti fuerunt, dicto provinciali et ipsi ordini teneantur. Preterea licentiavimus et presentibus licentiamus, ut dominus provincialis vel quicunque a dicto ordine ad hoc deputatus fuerit, murum novum pro necessitate dicte curie et muro iam incepto ibidem usque ad dictam Lainam directo modo adversus pontem ibidem se extendentem, secundum quod olim spatium ad pretactam

[1]) In Folge dieser Niederlassung in Göttingen gab der deutsche Orden seinen Hof in Bilsbausen (auf dem Unter-Eichsfelde) auf s. 97. — Der Ordenshof, an der Westseite der Marienkirche, über die er das Patronat hatte, wurde zur Reformationszeit von der Stadt in Anspruch genommen, später aber wieder herausgegeben, doch verpflichtete sich der Orden, zur Dotation der Kirche beizutragen. Jetzt hat der Eigenthümer des Hofes, der seit Anfang dieses Jahrhunderts in Privathände übergegangen ist, mit der Stadt abwechselnd die Besetzung der Marien-Pfarre.

[2]) Herzog Ernst bestätigte diesen Brief Herzog Ottos 1349 in die s. Albani, abgedr. Z.- u. G.-Beschr. III, S. 82.

Digitized by Google

curiam pertinebat, libere possit edificare et in eodem muro valvam et viam publicam de eadem curia, murum quoque ab alia parte sepedicte eiusdem curie et edificia super dictum murum pro dicti ordinis necessitate et commodo facere, quodcunque sibi esse videbitur oportunum. Ut autem premissa omnia et singula rata permaneant et posteris innotescant, presens scriptum super eo confectum dedimus nostro sigillo firmiter consignitum. Testes autem huius sunt nobilis vir dominus Simon comes de Dasle, Ecbertus de Asseborg, Burchardus et Conradus fratres de Rostorff et Henricus de Boventen, milites nostri fideles, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Gottingen a. D. MCCC decimo octavo, in vigilia b. Nicolai episcopi et confessoris.

*86. Herzog Otto bestätigt die Privilegien der Stadt. 1318.

[Stadt-Archiv 233.]

In nomine sancte et individue Trinitatis. Dei gratia Otto dux in Brunswic et alii veri heredes illustris principis domini ac patris nostri Alberti, quondam ducis in Brunswic pie memorie, omnibus in perpetuum. Cum tempora cottidianis successibus immutentur, non incaute didicerunt homines actiones suas privilegiis et testibus confirmare. Notum igitur facimus tam futturis quam presentibus, quod nos, considerata fidelitate ac devotione carissimorum burgensium nostrorum in Gotingen, eos tamquam fidelissimos nostros duximus speciaaliter diligendos, donantes et perpetue statuentes, ut omnia iura sua, ea videlicet, que novi et antiqui consules eiusdem civitatis super iuramentum suum sententiaverint, licite et expedite exerceant et observent, sicut tempore domini Ottonis inperatoris et ducis Henrici et ducis Ottonis, avorum et proavorum nostrorum, habere consueverunt. Firmiter etiam dicimus, quod eos aut civitatem numquam alicui, quamdiu vixerimus, obligamus aut etiam porrigemus. Ut autem hoc propositum nostrum stabilius perseveret, hoc statutum nostrum nostro privilegio duximus roborandum. Actum est hoc Go-

Digitized by Google

tingen in cimiterio b. Jacobi a. D. MCCCXVIII, presentibus Symone comite de Dasle, Eckeberto de Asseborch, Henrico de Boventen et Johanne de Rorungen, militibus, et aliis honoratis.

(Löwenſiegel an grün-rother Schnur.)

***87. Herzog Otto überläßt der Stadt für 300 *mk* die Neuſtadt, die Fiſcherei in der Leine, beſtätigt das Statut, daß der deutſche Orden und die Klöſter keinen Grundbeſitz mehr erwerben ſollen und verſpricht die Burg in Roſtorf abzubrechen und keine neue auf eine Meile von der Stadt zu erbauen. 1319. Jan. 4.**

Abgedr. Z.- u. G.-Beſchr. I, S. 73. [Stadt-Archiv 21.]

Von godes ghenaden we Otte hertzoge tzo Brunswic unde we rechten erven hertzogen Albrechtes von Brunswic, deme got ghenedich si, bekennet an unseme ihegenwordigen breve, daz we met willen alle der, den et tzo rechte tzoboret, hebbet ghegeven unseme truwen rade unde unsen borgeren der olden stad tzo Gotingen mit goden willen vor eygen alle dat we hadden in der nyen stad tzo Gotingen, od si ledich oder tzo tinse utghedan, unde willet se dar rechtes eygens an gheweren, wore oder wanne se des bedorven. Och hebbe we unsen voresprochenen borgeren de ghenade ghedan, daz we nicht willet, daz de brodere von deme Dudischen hus, noch andere ieneghe gheystliche lude sich ieniges godes underwinden, od si eygen oder leyn oder erve in der sulven voreghespr. stad noch darenbuten, also verne also der sulven stad marke wendet, sunder dat se dar nu hebbet, edne si daz idweleken erve anghevelle, de von rechtes wegen erve nemen mogen. Och wille we dor eindrechtecheyt unser vorespr. borgere, daz vortmer eweliche metter sulven olden stad de nye stad unde anderes, daz darvore enbuten umme lit, eyn si an richte, an rade, an scote, an gylden unde an borcherscap unde alle dink also bliven, also de olde rad unde de nye rad in der sulven olden stad tzo Gotingen spreken up oren eid, daz recht si. Och wille we in der Leynen daz von unser wegen gheheget

Digitized by Google

was, daz dat ghemeyne si unde eweliche blive, also ed vore was, er me daz hegede. We willet och unsen voreghen. borgeren tzo leve unde tzo vromen de borch tzo Rostorp afdon unde de graven der sulven borch wederdon unde neyne andere borch noch vestene weder buwen noch neyman von unser wegen der sulven vorespr. stad eyne mile na. Deded aver iement darenboven, daz scolde we met vuller macht weren oder unse ammechetlude mit on weren. Mochte we aver oder unse ammechtlude nicht darto komen, so mogen seyt von unser wegen weren unde umme dusse voreghen. dink so hebbet unse voreghen. borgere tzo leve unde tzo vruntscap uns ghegeven 300 *mk* lodiges sulvers unde hirover hebbet tzo tuge ghewesen her Eckebrecht von der Asseborg unde her Henric von Boventen, de riddere, unde ander vrome lude, unde daz och dusse voreghespr. dink stede unde vast blive eweliche von uns unde von unsen rechten erven, des hebbe we hertzoge Otte dussen ieghenwordeghen bref mit unseme inghesegele besteget unde beingheselet unde des sulven inghesegeles bruke we voreghen. rechten erven hertzogen Albrechtes an dusseme breve unde dit is gheschen, also men szalte von godes bort dusent druhundert in deme negentegenden iare, an deme donersdaghe vor deme heligen dage tzo dvelften.

(An roth-gelber Schnur das Siegel in grünem Wachs [zerstört].)

88. Die Herren v. Hardenberg verkaufen an das Haus des deutschen Ordens in Göttingen einen Hof und 8½ Hufen in Rostorf[1] für 195 *mk*. 1319. Jan. 7.

Abgedr. Wolf, archid. Nortun. XIX. Hardenberg I, XLI.

Nos Hildebrandus miles, Bernhardus frater noster, Johannes miles et Bernhardus frater, patrui nostri, necnon

1) Der Consens Ludwigs und Konrads von Kindehausen, die den Zehnten an diesen Gütern hatten, erfolgte 1323. 1. Aug. — Auch hatte Friedrich von Kindehausen Besitzungen in Rostorf an den Orden verkauft und Ludwig und Konrad bestätigten diesen Verkauf 1323. 1. Aug. s. Wolf, archid. Nort. XXIII. XXIV.

Digitized by Google

